ficientibus, fœminæ ejusdem linea, & gradus; quarum successio quando sunt in eadem linea, & gradu cum viris, regulatur, ad instar successionis eorum, qui sunt in secundo gradu. Notatur etiam ad regulam, quæ observatur in Hispanorum primogeniis, quod nisi expressè excludatur, seu præferatur, nunquam fœmina prioris censetur exclusa per masculum inferioris linea. Et hinc deciditur illa quæstio; An in Majoratibus puræ agnationis, si deficiant agnati, & concurrat fœmina ex superiori linea, & masculus ex fœmina linea inferioris, præferri debeat fœmina, vel masculus, in quo facta possit dari agnatio; ita quod per prius succedere debeant masculi ex masculis; deinde masculi ex fœminis; & posterius ipsæ fœminæ, vel per posterius masculi ex fœminis? Et tandem supposito quod in majoratibus agnationis, deficientibus agnatis, & in Majoratibus simplicis masculinitatis, deficientibus omnibus masculis, fœminæ succedere valent, devenimus ad aliam arduam quæstionem; an tunc successio decurrere debeat ad fœminam, filiam ultimi possessoris, seu ei proximorem, vel an reverti debeat ad fœminam, vel ejus filium seu descendenter ex linea anteriori primi successoris primogeniti seu prius vocati, & ex professo agitur de reintegratione linea postergatæ.

p. 180.

V. Qe jure Divino prohibitum est, ne fœmina quæ in defectum masculi successit in forte Terræ sanctæ sui patris, nubat, nisi cum viro ex Tribu, seu familia paterna, ne commisceantur sortes inter familias divisæ, ad provisionem uniuscujusque, & contra ordinem divinum confundantur: *Numer. cap. fin. junctis c. 26. & 27. supra relatis.* Clavis est universalis (*quam dicimus; clavis maestra*: ad materiam de majoratibus incompatibilibus, maximè per dispositiones, quibus duo plura ve primogenia dividuntur inter filios, sive nepotes, vel familias, etiam si expressè non prohibeat concursus eorum primogenitorum, cùm exinde deducantur rationes, seu causæ finales talium dispositionum legis, vel hominis, & per eas refutatur opinio Senatus Lusitanii per Gammam *dec. 27. Mieres p. 2. q. 6. n. 210. & 213. D. D. Joan. à Castil. lib. 3. c. 15. à n. 2. usque ad n. 20.* Et resolvitur quod si aliquis instituat duo, vel tria plurave primogenia, quæ separat atque dividat inter primogenitum, & secundogenitum, pluresve deinceps: aut omisso, vel excluso primogenito qui alium majoratum habeat, ad alium suum vocet secundogenitum, ne confundantur, semper dum possibile erit, inter omnes de familia discurrere debent tanquam realiter incompatibilia, divisim ac separatim, p. 187.

PARS QUARTA.

De Juris Gentium Incompatibilitate, per dispositionem hominis.

CAP. I. **D**E Incompatibilitate ex Jure Gentium per dispositionem hominis procedente, qui velit quod suum primogenitum sit incompatibile cum alio, veluti quando institutor disponit prohibendo concursum duorum, pluriumve majoratum, sive quod suum primogenitum cum alio non jungatur. Unde discutitur, quid si institutor majoratus disponat, quod quandocunque possessor succedat in alio primogenio, tunc suum deveniat primogenitum ad sequentem in gradu? an institutor senserit de gradu linea gravati vel de gradu alterius linea subsequentis? Quod dubium maximè procedit quando gravatus ultimus possessor habeat filium unigenitum, & fratrem, vel nepotem, sive fratrem patruelæ, vel habeat primogenitum, secundogenitum, & fratrem, aut filium vel nepotem ex fratre, & sic concurrant ad successionem Patruus & nepos, aut filius primogenitus & secundogenitus, & frater, vel filius fratriss, sive patruelis, vel filius unicus cum alio ex linea Transversali, qui non sit patruus, nec ejus filius, aut descendens, & idem si disponat quod tunc succedat proximior ex sua familia: vel dicat, succedat mihi proximior, vulgo, mi pariente mas cercano: vel dicat, succedat proximior mei, & sui vulgo, mi pariente, y el suyomas tercano: vel absolue, succedat proximior.

p. 294.

II. Incompatibilitas, seu prohibitio concursus duorum, pluriumve majoratum, quæ provenit à jure gentium ex dispositione hominis, sine odiosa, vel favorabilis? Et in dubio an censeatur realis, vel personalis, sive restricta ad certas tantum illas determinatas personas, quas institutor expressè nominavit? Quæstio perutilis ad plurimos casus.

p. 202

III. Ex dispositione hominis, quid si institutor prohibeat, ne talis majoratus concurrat, sive jungatur cum alio, & eveniat quod per viam matrimonij copuletur cum alio, utrum maritus utrumque majoratum retinere valeat, & possidere unum jure proprio, alium jure uxoris? Et an data dicta prohibitione, possit etiam possidere utrumque majoratum, unum jure proprio, alterum tanquam paterfamilias nomine filii primogeniti?

p. 206.

IV. An prohibito ex dispositione hominis concursu unius cum altero majoratu, ex eo censeatur prohibitus concursus cum dignitate Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus? Et quid de Baronia?

p. 209

Index Argumentorum Capitum.

V. De Majoratu, vinculo, vel Patronatu, qui per dispositionem hominis contineat perplexitatem, vel in ejus clausulis habeat conditiones, vel gravamina, aut vocationes contrarias atque incompatibilis. Et de duobus, pluribusve majoratibus, vinculis, sive Patronatibus æquè principalibus, vel altero principali, altero accessorio aggregatis, vel uniri jussis, quorum quilibet per dispositionem hominis habeat contrariam, sive repugnante, atque incompatibilem conditionem, vocationem, vel aliud quodlibet gravamen, seu de aggregationibus, & unionibus Majoratum cum conditionibus incompatibilibus.
pag. 213

VI. Quid si in aliquo superioris linea concurrant duæ linea ex dispositione hominis incompatibilis, alia successibilis, & alia expressè per institutorem à successione sui majoratus exclusa, atque reprobata: & in alio ex successoribus inferioris linea concurrant linea pure successibiles, quis eorum præferri debeat? Verbi gratiâ, pone quod aliquis habens quatuor, pluresve fratres, instituat majoriam, ad cuius successionem vocet imprimis fratrem suum primogenitum, atque expressè excludat in perpetuum secundogenitum fratrem, & omnem ejus fratri posterritatem & fortè eveniat quod aliquis ex descendantibus sui fratri primogeniti contrahat matrimonium cum alio ex descendantibus exclusi fratri secundogeniti, ex quo matrimonio procreatus sit filius, qui ex una parte habeat lineam successibilem, atque vocatam, & ex altera parte aliam odiosam, atque exclusam, & super successione majoratus contendat cum alio descendente ex tertio genito fratre institutoris, qui ex omni latere habeat lineam successibilem.
p. 117

PARS QUINTA.

De Incompatibilitate proveniente ex jure Civili.

CAP. I. Quando utrumque est contrarium, seu incompatibile, inclusio unius est exclusio alterius ex dispositione Juris Civilis, in l. ait *Prator*, 7. §. sed quod *Papinianus*, ff. de *minoribus*, l. *Tribunus* 10. §. fin. ff. de *testamento milit.* l. *cum in testamento*, 37. ff. de *heredibus instituendis*. Axioma quod deducunt communiter Scriptentes ex l. *cum Prator* 12. ff. de *judiciis*, expenditur, quod inclusio per vocationem ad successionem unius ex pluribus majoratibus incompatibilibus, erit exclusio aliorum. Et quid de inclusione unius linea, an, & quan-

do sit exclusio alterius? Et tandem breviter, & in aliquibus remissivè, atque utiliter tractatur de inclusione per vocationem masculorum, & an inde sequatur absoluta exclusio foeminarum? & quid è contra. p. 221.

II. Incompatibile est de jure Civili, quod ex una parte actus morientium, statim ut aditur hæreditas, valeant, & ex altera parte sint in suspenso; ex l. fin. in fin. ff. commun prædior. Ubi dicitur quod non possunt esse in pendent. Unde infertur, an compatiatur quod successio majoratus possit esse in suspenso? & quis præferri debeat, utrum natus tempore vacantis, vel qui sit melioris linea vel qualitatis postea natus post delata in successionem, vel lite pendente, ad hoc ut possit habere regreßum ad majoratus successionem, & eam avocare à possessore? p. 225

III. De Jure, & Civili Philosophia est quid Incompatibile, potentia, & actus: cùn simul esse non possint, ex §. sic, itaque discretis, in principio, vers. nec res, qua jam actoris, &c. Inst. de actionib. cum concordantibus. Unde discutitur; quid si institutor majoratus caveat, quod in suo primogenio non succedat ille, qui habeat aliud primogenitum, & sub hac conditione primogenitus sit vocatus, & eveniat quod successor, ita vocatus habeat actionem ad aliud promogenitum, non verò actualem possessionem ejus, an hæc potentia habendi alium majoratum sufficiat ad exclusionem à primo? Et quid de potentia actui proxima, Veluti quando ab isto, qui habet actionem, fuerit lis incepta in petitorio, aut possessorio judicio.
p. 232.

IV. De jure Civili in l. si *Titio*, 10. ff. de usu fructu legato; dictio copulativa, seu conjunctiva, inter incompatibilia, resolvitur in disjunctivam sive alternativam: quod procedit respectu personarum, rerum atque conditionum incompatibilium, quæ simul concurrere non possint. Unde quid si institutor majoratus, ad successionem ejus vocavit cum dictione *Et*, copulativa, duos, vel plures; veluti, succedat *Philippus*, & *Dionysius* atque *Gregorius*: An omnes simul eodemque tempore succedere valeant, vel unus tantum per suum ordinem, ac si per disjunctivam fuerint vocati; Et si unus tantum, quis eorum? Et an hæ vocationes sint reales, seu lineales, vel personales, ita ut deficiente primo relictis filiis, seu descendantibus, succedat alius nominatim tanquam substitutus subsequenter vocatus, vel descendentes ex primo vocato. p. 237

V. De Jure Civili est incompatibile ratione ordinis, vel contrarietatis, judicium possessorum per interdictum *Retinenda*, quod alter dicitur, *Uti possidetis, Utrobi*; & judicium petitorum: Ex text, in l. exitus 5. ff. de adqui

Index Argumentorum Capitum

adquirenda possess l. i. §. hujus, ff uti posside-
tis, l. de vi, 37. ff. de judiciis : juncta Glossa
unica , vers. si verò retinenda. Unde discur-
titur ad materiam majoratus de remediis pos-
sessoriis & an cumulari possint, & concurre-
re simul in uno judicio, proprietas, sive judi-
cium petitorum, & interdictum Retinenda,
in remedio legis 45. Tauri. p. 240.

V I. De Incompatibilitate, quæ datur de jure
Civili in ipso venditore, vel ejus hærede, ad
hoc ut ex una parte teneatur de evictione,
& ex aliis possit vindicare id, quod ipse alien-
avit, juxta regulam, *Quem de evictione te-
net actio, eundem agentem repellit exceptio*:
deductam ex l. vendicantem, 17. ff. de evict.
Unde agitur de evictione rerum majoratūs,
quæ post institutionem vindicantur. Et quid
si vindicetur unus ex duobus majoratibus
incompatibilibus ratione quotæ, ille nem-
pe, quem retinuit primogenitus: vel alter
ejusdem lineæ: vel si vindicetur ob culpam,
seu contraventionem possessoris? Et quid si
aliquo fortuito casu bona deficiant absque
culpa, vel facto possessoris, an detur regressus
ad alium majoratum separatum ab alia li-
nea, quia erat incompatibilis ratione quo-
tæ.
pag. 248

P A R S S E X T A.

De Incompatibilitate de jure Cæsareo

C A P. I. D E jure Cæsareo est incompatibile,
ut ex eadem Scriptura quis con-
trariis, seu incompatibilibus remediis expe-
riatur: l. fin. de Codic. ubi Imperator Theo-
dosius in 1. p. tex. definit, quod nemo possit
ex eadem Scriptura primò petere hæredita-
tem jure directo, & postea jure indirecto per
fideicommissum, vel è contra: unde posito
quod sint inter se contraria, seu incompatibi-
lia bona libera, seu allodialia, & bona majo-
ratūs, seu perpetui fidei commissi, quid si pri-
mò quis agat ad bona tanquam libera, an
postea poterit ea petere ex eadem Scriptura
tanquam bona majoratūs seu fideicommissi,
vel è contra. Et denique h̄c disceptatur
quando bona præsumantur libera, seu allodia-
lia, & quando vinculo fideicommissi, seu majo-
ratūs obstricta, seu affecta, ad hoc ut unus
ex oppositoribus, qui contendunt, vel esse li-
bera, vel vinculata, respectivè mitti debeat
in possessionem.
p. 261

II. De jure Cæsareo statutum est etiam per
text. in l. fi. p. C de Codicill. quod ex contra-
riis seu incompatibilibus remediis, unum est
à principio eligendum ex eadem Scriptura;
& eligens scienter unum ex duobus, pluri-
bus yè juribus ad invicem contrariis, seu in-

compatibilibus, præjudicat sibi in alio, quan-
do jura sunt contraria in origine, seu affectu,
& tunc electione unius consumitur aliud un-
de disceptare licet, quod si is, qui habet actionem
ad duo contraria, seu incompatibilia pri-
mogenia, utrumque petat simul, an excipi pos-
sit ad impediendum litis ingressum, quod ex-
cipiens non tenetur ei respondere donec
unum ex incompatibilibus eligat? Et an si eli-
git scienter unum propositum suæ intentio-
nis explanando, & petendo, sive in possesso-
rio, sive in petitorio, possit reverti ad petitio-
nem alterius post litis contestationem, vel li-
te finita. Et an hoc casu possit eum juvare be-
neficium de in integrum restituzione p. 265.

III. De duabus, pluribusve contrariis, ac incom-
patibilibus actionibus, seu sibi invicem repu-
gnantibus in effectu, usu, seu exercitio, ita ut
quis unam teneatur eligere, aliter admitti, seu
audire non debeat: ad textum de jure Cæsa-
reo in l. i. c. de furtis, & serv. corrupt. Ab hinc
differit utrum quis possit admitti ad duos
majoratus ad invicem repugnantes, seu in-
compatibles, alterum, quem habeat jure pro-
prio successoris; alterum, quem habere inten-
dat jure administratoris, seu Curatoris bono-
rum absentis, sui consanguinei, ex eo quod si
absens consanguineus decesserit, ad eum tan-
quam ad proximiorem, seu vocatum compe-
teret successio, & an hoc casu eligere tenea-
tur, & si non eligat, an ad alium sequentem
in gradu pertineat administratio bonorum
majoratus absentis.
p. 269

IV. De jure Cæsareo incompatibilia sunt apud
unum, duo plurave officia, seu Militiæ diver-
si generis, vel Dignitates Militiæ diversi Or-
dinis, quas simul eodemq; tempore quis ha-
bere non valet, itaque Officium unum debet
eligere, & ab alio repelli, juxta decisionem
Imperatoris Justiniani in l. his quidem 5. C.
qui militare possunt, vel non, lib. 12. H̄c latè
agitur de Officiis publicis incompatibilibus,
Ubi discutitur quid juris, si quilibet ex duo-
bus, pluribusve majoratibus habeat suam
militiam, seu officium publicum Rectoris,
aut Decurionis, vulgo, de Regidor, o, ven-
tiquatu, aut Tribuni plebis, vulgo; Durado,
aut publici Tabellionis alicujus Consilii, seu
Consistorii, quorum quodlibet officium sit
Incompatibile, cum alio apud eundem suc-
cessorem, maximè ex dispositione nostræ le-
gis 4. tit. 3. lib. 7. Recop. An si concurrant in
unomet successore hi duo majoratus ex duo-
bus Officiis instituti, nonne ratione Officio-
rum erunt taliter incompatibles, ut unum
eligere debeat successor, & alius ad sequen-
tem in gradu sit deveniendus, vel non? Et
quid si hæc duo primogenia instituta ex duo-
bus officiis publicis incompatibilibus, com-
ponantur
64

Index Argumentorum Capitum.

ponantur ex duabus Rectoriis incompatibilibus, & partim ex aliis bonis compatibilibus? Et quid si hi duo majoratus instituti sint ab Ascendentibus ex tertio & quinto bonorum, ubi servari debeat ordo per dispositionem legis 27. Tauri, assignatus? Et quid si deveniant ad successorem Clericum, vel Monachum, qui sunt de jure incapaces quorumcunque Officiorum Decurionis, Tribuni plebis, Tabellionis, & cujuslibet publicæ Rectoriæ.

p. 274.

P A R S S E P T I M A.

De Incompatibilitate de jure Canonico.

CAP. I. **D**E Jure Canonico, seu Pontificio est, tex. in cap. eam te 4. §. sed etiam, de etate & qualitate; Ubi non compatitur, quod unus habeat duas, pluresve Ecclesiæ titulatas, nisi una pendeat ex alia per unionem, seu aggregationem: vel nisi fuerint ita tenues in substantia, quod proprios Sacerdotes non possint congruenter alere.

Ex quo textu, & ejus Glossa juncto c. 1. 21. q. 1. cap. Sanctorum, §. omnino, 70. distinct. cap. dum, 54. in fin. de elect. cap. de multa, 18. de præbend. & dignitat. ostenditur Regula de Incompatibilitate inter duas Ecclesiæ titulatas, seu Beneficia curam habentia, vel residentiam requirentia: cum quinque limitationibus, quæ firmant regulam in contrarium.

Unde per jura ejusdem Regulæ, & limitationem ejusdem, ad instar beneficiorum incompatibilium, constituitur alia Regula inter majoratus, vincula, & Patronatus incompatibles per dispositionem hominis, vel legis; etiam cum quinque limitationibus.

Ideo super prima limitationem, quæritur an majoratus incompatibilis cum alio majoratu ei aggregato, seu unito, qui per se non stat sed tantum per viam aggregationis, dependentiæ vel incorporationis, seu accessionis.

Ad secundam limitationem, quæritur, an iste majoratus incompatibilis cum alio, jungi possit cum altero ita tenui & exiguo, ut ex redditibus utriusque vix successor sustentari valeat.

Ad tertiam limitationem quæritur, an sicuti propter penuriam Clericorum, unus duas, pluresve Ecclesiæ, seu beneficia incompatibilia habere potest, ita etiam ob penuriam successorum unus duos incompatibilis majoratus habere possit, veluti si ex familia non nisi unus supersit, an in hoc solo ultimo ex familia concurrere possint duo, pluresve incompatibilis majoratus, instituti pro illis de illa familia? Et inde quæritur, quid si duo hi

majoratus veniant per diversas lineas ad duos ultimos de familia, quorum cuilibet impossibile sit de jure, vel naturâ, habere successorem, & unus eorum præmoriatur naturaliter, vul civiliter, quia forte ingressus, & professus est Religionem, an ad hæredes præmortui, vel ad ultimum superstitem de familia alium majoratum incompatibilem possidentem, devenire debeant bona majoratus incompatibilis, quæ prædefunctus possebat? Et etiam agitur ad l. 27. Tauri, de alia quæstione, utrum ad unum, & alterum descendente devenire valeant duo incompatibles majoratus à parentibus ea lege incompatibilitatis instituti, ut inter successores divisim, & minimè conjunctim apud duos successores discurrant, etiamsi tempore vacantis, alii successores ex naturalibus Ascendentibus vel transversalibus supersint? Et quid de uno ultimo ex naturalibus superstibus Ascendentibus? Et quid de uno ultimo Ascendente, extantibus transversalibus? Et quid de ultimo ex transversalibus, extantibus extraneis vocatis.

Super quarta limitatione quæritur, an apud unum possint esse duo majoratus incompatibles, quorum unus datus sit in commendam; Et hîc agitur de Incompatibilitate inter Commendas Indorum, & Commendas militares Ordinis Divi Jacobi, sancti Joannis, & Ordinis de Calatrava, & Alcantara, atque aliorum Militum; Et de Incompatibilitate inter Majoratum, & Commendam titulatam.

Tandem ad quintam limitationem quæritur, an valeat dispensatio, seu Regia facultas, ad hoc ut unus possit contra voluntatem institutoris & in præjudicium alterius vocati duos majoratus incompatibles obtinere p. 284

II. Secundum Canones incompatibilia sunt duo beneficia, etiam insufficientia ad congruam sustentationem, quando utrumque personalem residentiam requirit, c. 3. cap. conquerente, 6. de Cleric. non residentib. Concil. Trid. sess. 24. c. 17.

Ah hinc deducitur idem dicendum in duobus primogeniis, vinculis, seu patronatibus requirentibus ex simili lege, ac conditione, in quolibet eorum localem residentiam, & an id etiam procedat non obstante exiguate distantiae unius loci ab altero & tenuitate fructuum.

Et an successor residentiam debeat habere in principali Provinciæ civitate vel in ipsa Urbe, an sufficiat si habitet in castro, vel oppido minus principali ejusdem provinciæ, vel in suburbio, seu vico. Et quid si postea castrum, oppidum, suburbium, vel vicus eximatur à jurisdictione provinciæ, vel civitatis.

Quod

Index Argumentorum Capitum.

Quod præbet ansam ad quæstionem nostris temporibus quotidie practicabilem, ob plurimas vicorum, ac populorum exemptiones; an qui erat domiciliarius in una civitate, cùm ab ea eximatur populus, vel vicus ubi habitabat, Utrum is qui contraxit in loco domicilii, & postea domicilium aliò transtulit ex causâ exemptionis, sit convenientius, & exequendus, saltem per literas requisitorias in locopriimi domicilii, & coram ejus, Judice ordinario? vel an necessariò convenientius sit in loco exempto secundi domicilii, & coram ejus Judice ordinario? Et contra sententiam ac decisionem traditam à D. D. Joan. Baptist, de la Rea. tom. 2. disp. 94. Pro coronide *hujus cap.* terminatur hæc ultima quæstio ex alia decisione Granatensi, fundata in quodam voto D.D. Marcellini Garcia de Guzman Senatoris meritissimi in Senatu Granatensi, ac majoris munera dignissimi. 291.

III. De Jure Canonico incompatibilia sunt apud unum duo beneficia, quorum quod libet sit sufficiens: c. conquerente 6. de Clericis non residentibus: c. du dum 54. maximè in §. licet cum Gloss. verb *Intitulatam*, & verb. *retinere*, de elect. Conc. Trid. sess. 7.c. 4. de reform. & sess. 24.c. 17. Et exinde resolvitur quæstio illa, de majoratu condito sub conditione quod si possessor obtineat aliud primogenium sufficiens ad congruam sustentationem, tunc majoratus transeat ad aliud successorem; & qui redditus sufficientes erunt pro congrua sustentatione, ad hoc, ut habeat locum transitus ad aliud, & cui incumbat onus probandi, p. 204.

IV. Ad Clementinam, Gratia, de Rescriptis: dum probat, quod si aliquis habeat gratiam imperatam de beneficio primò vocaturo, etiamsi nondum possessionem assequutus sit, perdit eam, & consumit gratiam, ac si ipso jure renuntiasset, si pacificè consequatur aliud beneficium incompatibile cum illo, quod expectabat; quamvis protestetur, & postea hoc ultimum resignet, & renunciet. Unde agitur an dicta Clementina, cum suis declarationibus, ampliationibus, & limitationibus, habeat locum inter majoratus incompatibles per dispositionem hominis, veluti si primogenitus, qui in expectativa habebat successionem duorum incompatibilium majoratum, pone unum ex parte patris, & alterum ex parte matris, & obtinuit pacificam possessionem unius ex hisce duobus incompatibilibus, an videatur, quamvis non ex sua mente, attamen ex juris dispositione alteri renuntiare, & ita Expectativam consumere, ac si à secundo majoratu illicò esset exclusus? Et quid si habens unum majoratum, & sciens alterum esse in-

compatibilem, petat, & obtineat possessionem ejus: an videatur renuntiasse primo, vel habere possit regressum ad eundem? Et quid si in vacatione duorum incompatibilium, petat, & assequatur possessionem unius, an videatur recedere ab alio? Et quid si petat, & consequatur pacificam possessionem duorum, an habeat electionem, quod tempus ei competat ad eligendum. p. 297.

V. Ad Clementinam, Exivi de Paradiso, §. quid igitur in successionibus: maximè in vers. An hujusmodi redditus obtainere, paupertati, & mendicitati repugnet, &c. de verb. signific. ubi ex decisione Canonica, etiam anteà dicta in cap. 3. §. porrò, de verbor. signific. in 6. incompatibilis existit omnis successio apud Religiosos fratres Minores. Exinde agitur de incompatibilitate successionis in vinculo, majoratu, vel patronatu de agnatione, vel dignitatem, aut jurisdictionem habente, apud Monachos, & Moniales, ac eorum Monasteria: & quando cesseret apud eos incompatibilitas ad hoc ut succedere valeant. Et quid de Officiis publicis, vel dignitatibus secularibus jurisdictionem annexam habentibus, vel quando Monasterium est substitutum in defectum descendantium, & consanguineorum? Et an Princeps prohibere possit Ecclesiasticis personis successionem in dictis Officiis publicis. p. 304.

V I. Ad Glossuam verb. *Rez.* in cap. Cæpit *Hermenegildus Rex*, 24. q. 1. ubi dicitur, quod in vita patris primogenitus illius Regis, *Rex* vocari debet, licet in actu non habeat Regnum, ac idem de filio Comitis, Marchionis, vel ducis primogenito. Deinde agitur, quid erit si prohibitus sit apud patrem concursus duorum incompatibilium majoratum, ita ut illi unus eorum transire debeat ad aliud, omitendo, si hic aliis futurus erit secundogenitus vel sequens in gradu, & eveniat quod pater possidens unum tempore vacantis alterius incompatibilis majoratus, habeat fratrem, & filium unicum, vel fratrem, & duos filios, scilicet primogenitum, ac secundogenitum, quis eorum succedere debeat in majoratu, quem pater non retinet, an filius primogenitus, qui si tanquam Dominus in vita patris, & spem invariabilem habet succendendi in alio majoratu à patre retento, vel an succedere debeat frater, vel secundò genitus? Et quid inter Patruelæ, anceps quæstio, & quæ incidit ferè necessariò ad veram intelligentiam, atque explicationem Glossæ nostri textus. p. 318

Index Argumentorum Capitum.

P A R S O C T A V A.

De Incompatibilitate de jure Hispano Regio.

CAP. I. **D**E jure nostro Regio constituta est incompatibilitas in l. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. quæ prohibet concursum duorum majoratum, quorum unus habeat in annuo redditu duplicatum numerum decies centum mille dispondiorum sive ducentamilia festertiorum, vulgo, *Dos quentos de Maravedis de renta en cada un año*: quando per viam matrimonii conjunguntur; & sic contingat post mortem conjugum ad unum devinite successorem qui habeat fratrem, sororem, aut filios: inter quos dividi possint, data electione filii majori. In hoc autem cap. agitur ex pofesso de ratione decidendi *hujus legis*, quoad unam ex duodecim partibus in quas dividitur, quæ incipit ab illis verbis: *Otro si somos informados, que por casa de aver se juntado en estos nuestros Reynos de poco tiempo a esta parte per via de casamiento algunas casas, y mayorazgos de grandes Cavalleros, usque ad illa verba: Por la honra, y conservacion de la Nobleça y Caballeria de los Reynos, y que en nuestros tiempos sea antes accrescentada que disminuida, &c.* Unde descendimus ad illam agitatam quæstionem, an *hac lex*, ob ejus rationes decidenti, procedere debeat non solum in casu conjunctionis ex causa matrimonii, sed etiam ex causa successionis: ubi tamen non curamus, quæ sit verior, sed quæ in bonum publicum ac Regale servitium utilior opinio? Et concluditur pro Affirmativa; licet fateamur quod indiget alia Regia sanctione, qua caveatur quod *dicta nostra lex*, 7. procedat etiam quando majoratus dicti valoris junguntur per viam successionis. Quod quām utile, & necessarium sit Regno, Regi, Regimini, atque bono publico, jure divino, atque politico, & rationibus, in quibus Politici, Juristæ, ac alii convenient, demonstratur p. 326.

I. Ad l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat. Super illis verbis: *que en los matrimonios que hasta aora no estan contrahidos cada y quando por via de casamiento se venieren ajuntar: excitantur in eorum enucleationem quæstiones sequentes.*

rima, an *hujus legis* dispositio non solum habeat locum, quando à principio, & tempore contracti matrimonii, sive cum pacto nuptialibus, sive sine illis, quilibet conjugum habeat, & conferat suum majoratum in quo successerit; sed etiam quando post contractum matrimonium fuit eis, vel uni

eorum delata successio constante matrimonio.

Secunda, an idem dicendum, si post contractum matrimonium, & eo soluto per mortem cuiusvis contrahentium, qui probabilem spem succedendi habebat in majoratu, seu majoratibus, delata sit ejus, sive eorum successio filio primogenito, vel nepoti ipsorum conjugum, ex eo quod maritus, vel uxor, decesserit vivente patre, vel matre, vel fratre posseffore talis majoratus, & posteā decedat pater, vel mater, vel frater, vel quorum filium vel nepotem transeat majoratus soluto matrimonio post mortem ejus Patris, vel matris, Avi, vel Aviae.

Tertia, quid si conjuges nec tempore nuptiarum, nec constante matrimonio, ullam probabilem, & invariabilem habuerunt spem succedendi, & post eorum obitum contingat quod decedat aliquis ultimus possessor consanguineus ex linea aliqua transversali remota, ita ut non cogitaretur de successione ex parte uxorius, vel mariti, & majoratus unus, vel duo deferantur eorum filio primogenito, nepoti, vel aliis descendenti, & sic in eo concurrant duo, pluresve majoratus, quorum unus habeat *dos quentos de renta*; omnes provenientes per lineam paternam, & maternam, & ex causa matrimonii parentum, sine quo alias apud filium, nepotem, vel pronepotem non jungeretur; an ex dispositione *dictæ legis* 7. dividi debeant, vel non, tanquam ille casus an censeatur comprehensus vel non, in *legis* verbis, dum dicitur: *Cada y quando por via de casamiento se vieran a juntar.*

Quarta, quid erit, si primogenitus succedat in uno ex duobus majoratibus per viam matrimonii parentum, & in alio per viam successionis tantum, an tunc fiet divisio inter primogenitum & ejus fratrem secundogenitum, per dispositionem *dictæ legis* 7. ac si conjunctio fuisset facta per viam matrimonii; vel non, ac si conjunctio fuisset facta per viam successionis tantum?

Quinta, quid si matrimonium postea declaretur nullum, quia contractum in gradus prohibito, vel ex alia causa, seu impedimento, an duo majoratus, sic conjuncti per viam matrimonii dividi debeant inter filios natos in figura matrimonii putativi?

Sexta & ultima: quid si conjunctio horum duorum majoratum fiat, non per viam matrimonij, sed per viam concubinatus, vel sponsaliorum de futuro inter eos, qui habeant filios naturales, qui succedere valeant in majoratibus?

Index Argumentorum Capitum.

I. Ad l. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. dum dicitur, *dos casas de majorazgos*: ubi postquam explicantur hæc verba, excitantur sex quæstiones.

Prima quid si essent duo majoratus, sed unus à viro & uxore simul institutus in una charta, & bona ex parte uxoris, vel ex parte viri, excedant *dos quentos de renta*; an dividi debeat inter filios, ac si duo verè essent majoratus, quorum unus haberet *dos quentos de renta*.

Secunda, quid si unus ex duobus majoratibus habeat alium sibi aggregatum, & tam principale, quam aggregati redditus ascendant ad summam *de dos quentos de renta*; attamen redditus coniugalibet eorum ad eam summam non ascedant, an computari debeant tanquam duo quorum redditus excedant *dos quentos de renta*, vel tanquam tres majoratus, quorum nullus eam quantitatem non attingat.

Tertia, quid si plures quam duo, pone tres, vel quatuor, essent majoratus, qui concurrent per viam matrimonii, & nullus ascendet ad redditus *de dos quentos de renta*, attamen duo, tres, vel quatuor eorum in redditu eam summam excedant, an dividi debeant, taliter quod primogenitus eligat ex eis duos, tres, vel quatuor, qui simul habeant redditus ultra summam à leg. 7. assignatam, & aliis ex illis majoratibus ad fratrem transeat.

Quarta, quid si non solum duo, sed etiam tres, vel plures majoratus conjuncti per viam matrimonii, & quilibet eorum excedat summam *de dos quentos de renta*, an electo uno eorum per filium majorem, alii dividi debeant inter alios fratres, secundogenitum, & tertio genitum, data etiam alia electione secundogenito, & sic de ceteris, juxta numerum filiorum, & majoratum.

Quinta, quid si non duo majoratus sint, qui concurrant, sed unus majoratus, & Dignitas aliqua, nempe Comitatus, Ducatus, aut Marchionatus, an etiam dividi debeant? Et quid si concurrat unus majoratus, & feudum, aut Commenda Indorum.

Sexta & ultima, quid si unus ex duobus fuisset majoratus factus absque Regia facultate, Anniversarium, seu patronatus. P. 344.

IV. Prosequitur expositionem l. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. ibi: *Que sea la una de ellas de valor de dos quentas de renta, e dende arriba. In quibus verbis se offerunt quæstiones sequentes.*

Prima, an procedat, etiam si majoratus, vel unus eorum minorem habeat in redditu quantitatem quam quam lege nostra declaratur.

Secunda, esto quod necesse sit ut in redditu habeat unus ex duobus majoratibus ducenta millia sestertiorum, quod verum est, reprobata opinione D.D. Joan. à Castillo; deveniendum est ad computationem, & liquidationem, & quomodo facienda sit maximè si in-

ter bona majoratus, sint juridictio, aut aliqua Officia honorofica, sicut Officium Decurionatus, officium de ventiquatro, o Jurado, aut aliud simile, quomodo ejus emolumenta sint computanda, an ratione estimationis, vel ratione solummodo ejus quod in redditu, vel pecunia percipitur.

Tertia & ultima, quæ onera, atque expensæ deducendæ sint? & utrum deduci debeant alimenta, quæ possessor majoratus tenetur dare fratribus suis, vel aliis descendantibus institutorum, & in omnibus his, cui incumbat onus probandi.

V. Super illis verbis: *E hijo mayor que en las dichas dos casas así juntas por casamiento podía suceder, desumptis ex l. nostra 7. tit. 7. lib. 5. Recop.* agitur quis propriè erit filius major de quo senserit l. nostra, an filius natu major, sive primogenitus, vel filius major, circa præcedentiam successionis.

Quid autem vocatus sit in institutione *major de domo*, vel *de familia*.

Quid, quando vocatus fuisset *major natu*, vel *majori ætate*, absque expressione nominis proprii in institutione majoratus, in quo fuisset annexa aliqua administratio, distributio, regimen, vel gubernium.

Quid si vocatus esset *major superstes*, scilicet el hijo mayor que quedare vivo a el tiempo de la muerte del ultimo poseedor?

Et an idem quando relatio facta fuisset de *superstite*, vel *superstitibus*, nomine proprio nominatus.

Quid si *nepos major* vocatus sit, & concurrat ex una parte *nepos major natu*, filius primogeniti, seu patris majoris ætate; ex altera *nepos*, seu patrue lis major ætate, sed filius alterius fratris minoris natu, quis eoru præferendus sit?

Et quid si verificari non possit, quis eorum sit filius major, non in casu quo duo, vel tres, uno partu & tempore pariter nascantur, de quo casu alibi dictum est: sed in eo casu, quo descendentes duo, vel plures contendant se descendere ex filio majore natu, sed nemo eorum probet. P. 351

VI. Prosequitur interpretationem d. l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. in illis verbis: *Suceda solamente (scilicet el hijo mayor,) en uno de los tales mayorazgos, en el mejor y mas principal, que el qui tiene escoger: ex quibus deviniendo ad materiam satis latam de electione, nonnullas magis utiles, & contingibles discutiendas eligam quæstiones.*

Prima, quo tempore? Et secunda intra quod tempus, filius major possit eligere? & an debet requiri, & interpellari, & ei tempus per Judicem assignari.

Tertia, quid si eligere nolit intra tempus ei assignatum, an tunc Judex ex officio, vel secundogenitus, debeat eligere.

Quarta

Index Argumentorum Capitum.

Quarta, an filius major poterit eligere majoratum minorem in reditu, seu valore, aut quantitate? ad intelligentiam illius verbi: *En el mayor, y mas principal que el quisiere escojer; & an possit variare?*

Quinta, quid si primogenitus sit minor, & an in integrum restitui debeat? Et quid si sit mulier conjugata, an ipsa mulier, vel maritus ejus eligere possit?

Sexta, quid si primogenitus non habeat nisi unicam sororem, & unus ex majoratibus, pone ex parte patris sit majoratus Agnationis, vel simplicis masculinitatis; alter vero sit regularis primogenitus poterit majoratum regularem eligere, & dimittere alium majoratum agnationis, seu simplicis masculinitatis, in quo succedere non potest soror ejus, eo quod sit foemina?

Et an idem erit si filius major habeat fratrem uterum tantum secundogenitum, & indicato fratre majore natu concurrant majoratus ex parte patris, & majoratus ex parte matris, an poterit in prejudicium sui fratri uterini eligere majoratum maternum, dimittendo paternum, in quo uterinus succedere non valeat, cum sit respectu ejus, extraneus motus filius major ex eo forsitan, quod majoratus maternus sit in redditu major, vel in fraudem uterini secundo geniti, ad hoc ut nepos filius primogeniti succedat in alio majoratu paterno? Et quando electio facta presumatur in fraudem.

Tandem remissive solvitur alia quæstio; quid si primogenitus ad quem duorum majoratum spectabat successio, prius unum petat, & obtineat, ex eo hunc eligere videatur & alteri renuntiare quandocunque vocaturo, p. 358.

VII. Prosequitur dict. l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat. super illis verbis: *y el hijo, o hija segundo suceda en el otro mayorazgo.*

In primis agendum est quis sit secundogenitus & de aliis quæstionibus secundogenitum masculum, & secundogenitam concernentibus. Deinde an quod dispositum est in hac lege inter duos majoratus ex dispositione legis incompatibilis, debeat observari inter duos majoratus per dispositionem hominis incompatibilis, quando ab institutore cautum non est ad quem devenire alter ex duabus dictis majoratibus debeat?

Secundò, quid si in majoratu ex dispositione hominis dictum sit quod in altero majoratu succedat sequens in gradu? An sequens in gradu debeat intelligi de filio primogeniti, vel de secundogenito vel ejus filio, seu descendente? ad hoc quod si tempore vacantis alterius ex duobus incompatibilibus majoratibus, unum, vel duos habeat filios, inter majoratus dividendi possint, & simul habeat fra-

trem secundogenitum, judicari possit quis in altero majoratu incompatibili succedere debeat, filiusne, vel patruus secundogenitus.

VIII. Prosequitur in l. 7. tit. 7, lib. 5. novæ recollectionis illa verba: *Si no hubiere mas de un hixó, o hixa, que aquel lo pueda tener por su vida, y si aquel o hijo, hija ubiere dos hýoso hijo, e hija, se dividan y partan los, dos majorazgos segun abemos dicho.*

Unde an idem dicendum sit de nepote, & pronepote unico, quod decisum est de filio unico, ad hoc ut per vitam, nepos, vel pronepos unicus ex filio unico retinere possit duos majoratus incompatibilis ex dispositione *hujus legis* quæ omisit casum de unico nepote, vel pronepote, in vita sua; nam tantum loquitur de filio unico, nato ex communi parentum matrimonio, per quod juncti fuerunt duo, pluresve majoratus, quorum unus ascendet ad duo millia dipondiorum in redditu.

Secundò, an idem quod decisum est in *hac lege*, si filius unicus habeat fratrem naturalem, qui succedere possit in alio majoratu incompatibili ex dispositione *legis nostræ*, quæ tantum loqui videtur de filio unico legitimo & naturali, qui non habeat alium fratrem legitimum & naturalem?

Tertiò denique an idem, quod dispositum est in *hac lege Regia*, habeat etiam locum in majoratibus incompatibilibus per dispositionem hominis, ubi non est cautum, seu provisum ab institutore, quod si pervenerint ad unicum filium, vel filiam, is, vel ea majoratus duos, vel plures incompatibilis retinere possit ad vitam suam? vel an statim dividi debeant ipsis majoratus?

p. 364

IX. Ad eandem leg. 7. tit. 7. lib. 3. Recop. dum prosequitur ita sic: *de manera que dos majorazgos siendo (como diximos) el uno de ellos de dos quintos de renta . o dende arriba no concuran en una persona , ni los pueda uno tener ni posseher sino como dicho es,*

Super verbo, *majorazgos*, inquiritur an idem in vinculis, seu perpetuis fidei commissis, patronatibus, anniversariis, commendis, & feudis?

Et super verbis: *ni los pueda uno tener , ni posseher.* Quid si iste unus fuerit maritus, paterfamilias, tutor, vel curator, vel administrator bonorum, absentis ejus consanguinei? p. 365.

PARS NONA.

CAP. unic. **A**D Argumenta in contrarium adducta, contre conclusionem nostri textus in cap. cœpit. Hermenegildus. 24. quest. Respondetur in hoc cap. unico. p. 368.



INTRODUCTIO

A D

TRACTATUM

D E

REGNORUM AC MAJORATUUM INCOMPATIBILITATE;

AD ORNAMENTUM ET ENUCLEATIONEM

Cap. Cœpit Hermenegildus Rex, causa 24. quæst. 1.

SUMMARIUM.

- 1 Principium hujus libri sumitur à principe omnium Deo nostro.
- 2 Sancta Trinitas est unum universorum principium, præter quod aliud inveniri non potest.
- 3 Incipit Opus ab invocatione mysterii Sanctæ ac individua Trinitatis, & quare? & n. 5.
- 4 Arius perfidè negavit Divinam essentiam, equalitatem, & coæternam Patris substantiam inseparabilem, & sic mysterium Sanctiss. Trinitatis.
- 5 Cap. cœpit Hermenegildus Rex, causa 24. q. 1. refertur ad literam.
- 6 Divus Gregorius Magnus fuit Author text. cap. cœpit Hermenegildus Rex, 24. q. 1. ubi etiam quo tempore, & sub quo Pontificatu, & imperio
- 7 Authores, & Chronista referuntur, ex quibus proponitur species casus ad textum in cap. cœpit Hermenegildus Rex, 24. q. 1.
- 8 Leovigildus Rex Vicegothorum, atque Hispaniarum, Pater Regis Hermenegildi fuit Arius.
- 9 Reges Gothorum in Hispania ob culpam Imperatoris Valentis inciderunt in Arianam Hæresim, à tempore Athalarici I. qui fuit Rex Gothorum, usque ad martyrium Divi Regis Hermenegildi, & Regni ingressum Regis Flavii Recharedi, qui fuit frater Divi Hermenegildi, & num. 11.
- 10 Flavius Recharedus Rex ob causam martyrii sui fratris fecit convocari Concilium III. Toletanum.
- 11 Concilium III. Toletanum, in quo damnata fuit Ariana Hæresis: & omne id quod Rex Flavius Recharedus, atque Regina ejus uxor, & gens Gotica tanquam Catholici professi fuerunt ad instar symboli Athanasii contra Arium refertur ad literam.
- 12 Athalaricus Rex. & omnes alii Reges Goths usque ad Regem Hermenegildum, & ejus fratrem Roxas de Incompatibilitate.

Flavium Recharedum, heretici fuerunt, & probatur n. 17.

15 Catholicus primus Rex Gothorum in nostra Hispania fuit Hermenegildus, & deinde ejus frater Flavius Recharedus.

16 Catholicorum nomen, & titulum quo insigniti sunt Reges nostri Hispaniarum acceperunt à primo Rege Catholicó Hermenegildo, & ejus fratre Flavio Recharedo, & n. 17.

18 Essentia una, eademque substantia ac equalitas talis est in filio, qualis in Deo Patre, & qui contrarium asseruit, sicut Arius, Hereticus fuit.

19 Arius Alexandrinus fundabat suam hereticam opinionem in Evangelio Divi Ioan. cap. 14. versic. 28. ubi dicitur, quia Pater major me est.

20 Arius Alexandrinus convincitur de suo errore, quia Christus Dominus noster in Evangelio Divi Joann. cap. 14. vers. 28. locutus fuit tanquam homo, cuius humanitatis respectu Pater major est; in eodem Evangelio Divi Joann. cap. 10. ubi dixit: Ego, & Pater unus sumus, locutus fuit respectu sua divinitatis.

21 Leovigildus Rex primas contraxit nuptias cum Theodosia filia Severiani Magni Ducis Carthaginensis, qui fuit filius Theodorici Regis Ostrogothorum Italiae, de quo matrimonio habuit Hermenegildum, atque Flavium Recharedum.

22 Severianus Magnus Dux Carthaginensis Avus Hermenegildi, & Recharedi contraxit nuptias cum Theodora ex Regia stirpe, de quo matrimonio habuit filios, Leandrum, Isidorum, Fulgentium, & sanctam Florentinam.

23 Leovigildus Rex Gothorum secundas contraxit nuptias cum Gosiunda viuña Regis Athanagildi.

24 Leovigildus Rex operam dedit accuratissimo affectu, ad locum Hispaniarum Regnum, non per electionem sed per successionem in suum filium Hermenegildum & Recharedum devenirerat.

A 25 Leovigildus

2 Roxas ad Tract. de Incompatibilitat.

- 25 Leovigildus Rex in Curiis Conventitiis obtinuit à Regno, quod ejus filius major Hermenegildus esse Rex Hispanensis, ubi solum suum Regium habebat Leovigildus, qui retinuit sibi Regnum Toletanum, & sic ad Toleatum transfluit suam sedem Regiam, & in alias Regnorum provincias introduxit filium suum Flavium Recharedum.
- 26 Hispaniarum Reges habent Regnum per successiōnem, non ex tempore Regis Pelagii, prout aliqui asserunt; sed ex tempore Hermenegildi, & Flavii Recharedi, & tempore Regis Scimille, cui successit Cyndas Vinho, & aliis usque ad Rodericum, & exinde Pelagius.
- 27 Reges possunt in vita sua Regni administrationem, in totum, vel simul ad filios transferre, maximè Primogenitos.
- 28 Leovigildus Rex ad hoc ut ejus filius major Hermenegildus in universo Hispaniarum Regno succederet, curavit, ut cum filia Regis Francorum matrimonium contraheret.
- 29 Hermenigildus Rex ex negociaſione ſui Patris contraxit nuptias cum Ingunda filia Regis Sigiberti, qua predita erat magnopere fide Catholica.
- 30 Ingunda uxor Hermenigildi erat neptis Regine Gofundai uxor Regis Leovigildi.
- 31 Gofundai Regina uxor Leovigildi associavit neptem suam Ingundam, ne reduceret ad fidem Catholicam Hermenigildum, & nihilominus ad Catholicam fidem reduxit Ingunda, & Divus Leander.
- 32 Leovigildus Rex sciens quod filius ejus Hermenegildus conversus effet ad fidem Catholicam, literas misit suadendo, obsecrando, exhortando, increpando ad hoc ut à fide Catholica deficeret, & quod si ad Arianam reverteret, non solum in parte regni ſibi tradita conservaret, ſed in eum omnes alias tanquam in Primogenitum transferret, aliter armis eum debellaret.
- 33 Hermenigildus Rex debellatus fuit, & captus à Patre ſuo Leovigildo, qui filium vinculis oppreſſum in diversis carceribus detinuit.
- 34 Leovigildus Rex ſepſe pius filio ſuo Hermenigildo offert Hispaniae Regnum, & quod ipsum in gratiam reciperet ſi à fide Catholica deficeret, & ad Arianam rediret, & in ſignum conuerſionis ſua communionem acciperet à Paſchafio Ariano Epifcopo; aliter Regno, & vita eum privaret.
- 35 Hermenigildus recognoscens, quod incompatibilis effet Regnum terrenum, & Regnum cœleſte, ſi ad Arianam heresim reverteret, elegit perſiſtere in fide Catholica, ad hoc ut poſſet conſequi cœleſte Regnum, & n. 26.
- 36 Hermenigildi martyrium refertur.
- 38 Incompatibile efft apud Catholicum, cœleſte Regnum, cum Regno terreno, ſeu quovis alio majoratu, dato ſub gravamine deficiendi à fide Catholica, vel admittendi aliquem hereticam errorem.
- 39 Gratia Dei non compatitur cum gratia paterna confefſo ſub conditione quod aliquis pervertatur ad heresim, repudiata fide Catholica.
- 40 Communionem ab Heretico accipere non debet Catholicus imò potius debet mori.
- 41 Baptifmi Sacramentum ab heretico ministro licet accipere.
- 42 Malum Sacramentum non efft ex eo, quod per malum miniftrum detur.
- 43 Malum, vel bonum quod ſit in ministro, non efft de ſubstantia Sacramenti Baptifmi.
- 44 Marcellinus Pontifex vi oppreſſus, ut à morte liberaſetur ingressus fuit templum Infidelium, & Idolis thurificavit. Unde infertur argumentum contra conclusionem textus in cap. cœpit. 24. quæſt. 1. & n. 45.
- 46 Regnum diuinum, & humanum in quo incompatibilia ſunt apud fideles, & n. 47. & probatur num. 48. & 49.
- 50 Incompatibilitatem, qua deducitur ex textu in cap. cœpit. 24. q. 1. conſtituit illa conditio, ſeu grava- men deſtendi à fide Catholica, & ad heresim Arianam redeundi, quod oppoſuit Rex Leovigildus filio ſuo Hermenigildo.
- 51 Conditio contra ius, maximè diuinum, pro non scripta debet haberi.
- 52 Conditio maximè qua incompatibilitatem inducit, ſeponi debet ab eo, qui eum imponendi habeat potestatiem, probatur n. 54.
- 53 Successor per electionem non potest recipere gravamen, ſeu conditionem à decessore, & probatur num. 55.
- 56 Heretici Regis filius, qui ſit Catholicus, eft legitimus successor in Regno temporali.
- 57 Regnum propter heresim Regis non confiſcatur, ſed datur filio Catholicō.
- 58 Filius tenetur obedire Patri ſub pœna peccati.
- 59 Obedire eft melius quam ſacrificare.
- 60 Obedire tenentur omnes Regi ſuo ſub pœna peccati lethalis.
- 61 Obedientiam negans Principi, peccat mortaliter, & iudex Eccleſiaſticus ad petitionem ſecularis illum excommunicare potest.
- 62 Euchariftia sacramentum minimè ab Heretico accipiendum.
- 63 Hereticum eft ſegregatus ab unitate corporis Chriſti.
- 64 Sacramentum gratia, prout eft Sacramentum Baptifmi dat Deus etiam per pravos, & malos ministros.
- 65 Hereticorum ſacrificia odiosa ſunt Deo.
- 66 Catholicus non debet communionem accipere ab heretico, imò potius mori, cum aliter in damnationem aeternam incidat.
- 67 Hereticus eft, qui aliter ſentit, & docet de Sacramentis Eccleſia, quam ſacro sancta Eccleſia Romana praedicat, & obſervat? & ipſo jure, & facto incidit in majorem excommunicationem.
- 68 Conditio deſerendi fidem Catholica, & ad heresim Arianam redeundi, facit incompatibilem, & repugnantem ſuccelforum Regni cœleſtis, & terreni ex diſpoſitione hominis oppoſita, & comprobatur num. 69. & 70.
- 71 Incompatibile eft, quod unus & idem poſſit duobus Dominis in ſimil servire, maximè ſi ſint diuersa, & contraria conditionis.
- 72 Carolus Scribanus Pater Iefuita probat incompatibilitatem, quam nos deduci probamus ex textu in cap. cœpit. 24. q. 1.
- 73 Catholicus non potest ſervire Deo, & Diabolo; cum id ſit incompatibile.
- 74 Unus vicem duarum personarum ſuſtinere non potest, nec duobus militiis personaliter inſervire ſi quod incompatibile eft.
- 75 Electionem quis debet facere de uno ex duobus Regnis, ſeu Majoratibus incompatibilibus; & ſic eligere melius, ſicut Hermenigildus elegit.
- 76 Liber hic diſtribuitur in novem partes, ad materiam incompatibilitatis Regnorum, ac Majoratuum;

Introductio.

3

juratum ; & responzionem ad argumenta opposita contra conclusionem textus in cap. cœpit 24. quæstione 1.



ARGUMENTUM.

Proponitur textus, ejus casus, & conclusio, ex quibus plane deducitur, quod materia de Regnorum, ac Majoratum incompatibilitate pertinet ad nostrum textum in cap. fin. 24. quæstione 1. tanquam si esset propria hujus materie sedes, deinde ad ejus meliorem explanationem præscinditur totum opus in novem partes.

PRINCIPIUM assumens ab illo Summo, ac Maximo Principe omnium, qui non habet principium, sit nostrum principium apud Deum; quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil; atque apud summam Trinitatem; cum Sancta Trinitas sit unum universorum principium, præter quod aliud inveniri non potest, capit. 1. de summa Trinit. & fid. Catholica.

Ideo in nomine DEI PATRIS, DEI FILII AC DEI SPIRITUS SANCTI, INDIVIDUA AC SANCTISSIMA TRIADIS, cuius altissimum mysterium ac divinitatem in filio Christo IESU Domino nostro ex toto corde profiteor; prout confessus est Divus Athanasius contra Arianum detestabilem illum, & damnatum Hæresiarcham, qui in Filio talem divinam essentiam, æqualitatem, & coæternam Patris inseparabilem substantiam perfidè negabat. In nomine etiam Almæ Virginis Purissimæ Mariæ absque culpæ primordialis labe Conceptæ.

Quod equidem exordium ita cum mentione Ariani depravati erroris annotatum, non est alienum à nostro textu in cap. final. 24. quæst. 1. qui ita se habet.

Si cœpit Hermenegildus Rex juvenis terrenum Regnum despicere, & forti desiderio cœlesti quærens, in ciliciis vinculatus jacens, Omnipotenti Deo ad se confirmandum preces effundere, tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi despicere, quanto & religatus agnoverat, nihil fuisse, quod potuerit auferri. Superveniente autem Paschalis festivitatis Die, intempesta noctis silentio, ad eum perfidus Pater, Ariano Episcopum Paschalium misit, ut de ejus manu sacrilega consecrationis communionem perciperet; atque per hoc ad Patris gratiam redire mereretur; sed vir Deo deditus, Ariano Episcopo venienti exprobavit, ut debuit, ejusque à se perfidiam, dignis increpationibus, reputavit: quia etsi exterius jacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine, stabat securus. Ad se itaque reverso Episcopo Ariano, Pater infremuit, statimque suos apparatores misit, qui constantissimum Confessorem Dei illuc, ubi jacebat, occiderent. Quod & factum.

Author hujus textus fuit ille Summus Pontifex Roxas de Incompatibilitate.

fec Divus Gregorius Primus, inter Catholicæ nostræ Sanctæ Ecclesiæ Doctores Princeps Moralium, per excellentiam, sive anthonomiam vocatus, *Magnus*, in libro 3. Dialogorum capite 32. tempore, quo erat Cardinalis sub Pontificatu Pelagii II. cuius successor fuit ipse Gregorius, Tiberio Imperatore, cui successit Mauritius, regnante in nostra Hispania Catholico illo, & glorioſissimo Visigothorum Rege Flavio Recharedo Divi Hermenegildi legitimo ac naturali fratre, anno à Nativitate nostri Redemptoris quingentesimo octogesimo quinto, sicuti comprobat Dom. D. Joseph. de Vela, tom. 1. dissertatione 22. num. 23. ad interpretationem textus in cap. 1. de probationibus.

Ad positionem casus, & faciliorem textus nostri intelligentiam, præmittendum est cum ipso met Divo Gregorio in dicto libro tertio Dialogorum capite trigesimo tertio, relato à nostra Sanctissima Matre Ecclesia in Breviario Romano, super festivitate Divi Hermenegildi, quæ alioquin celebratur die decimo quarto, hodie decimo tertio mensis Aprilis, & est duplex ex Constitutione Sixti Quinti, ad instantiam Regis nostri Philippi Secundi, & cum alio D. Gregorio Turonensi lib. 5. de Historia Francorum, à capite trigesimo octavo, usque ad quadragesimum quartum. Roderic. Archiepiscopo libro secundo, capite vigesimo primo. Divo Antonio Archiepisco Florentino in Summa. Venerabili Beda in suo Martyrologio. Joanne Vasseo tomo primo in Chronico Hispan. anni quingentesimi octogesimi quarti. Joanne Magno libro decimo sexto de Regio Gothorum, Ambrosio de Morales libro undecimo, capite sexagesimo quarto, usque ad sexagesimum septimum. Adone Vienense in Chronico, atate 6. anno quingentesimo octogesimo tertio. Vincentio Espejo, Histor. libro vigesimo secundo, cap. 135. Stephano Garibay, libro octavo capite vigesimo tertio. Patre Pineda in Monarchia Ecclesiastica libro decimo octavo c. 2. Patre Mariana libro quinto cap. 12. Cæsare Baronio in suis Annalibus Ecclesiasticis, tomo septimo, anno Jesu Christi quingentesimo octogesimo quarto, & Pelagii Pape VII. & Tiberii Imperatoris II. folio 643. Patre Joanne de Marieta in sua Historic Ecclesiastica. Et Floribus Sanctorum Hispaniae, libro secundo cap. 79. 80. 81. & 82. Alphonso à Villadiego in legibus del fuero Južgo in Chronica Gothorum Regum. Magistro Ildephonso à Villegas in Floribus Sanctorum, tom. 1. in tractatu de las Fiestas y Santos de España, folio 408. D. Valdes de Dignitat. Reg. Hispaniae, cap. 13. P. Roderic. de Iepes in Genealog. Reg. Hispan. cap. 4. Doctor. Dom. Francisc. de Padilla in sua Historia Ecclesiastica de España, Centur. 6. cap. 46. 47. & 48. & aliis quamplurimis per eos relatis: & noviter D. Joan. à Tamaio in suo Martyrol. tom. 2. die 13. April.

Leovigildus decimus nonus Rex Visigothorum, Pater Divi Hermenegildi, fuit Arianus, sicuti cæteri Reges ejusdem prædecessores, qui damnatam Ariani hæresim securi fuere, in sequentes Athalaricum sive Alaricum primum Gothorum Regem, cuius tempore Goths per culpam Imperatoris Valentis à fide Catholica segregati fuerunt, quia cum per quendam Catholicum eorum Episcopum, Gundila, seu Gaphila vocatum, relicta idolatria, & omni gentilitate, in Christi fidem instructi essent: Postea Legatos cum muneribus ad Valentem Romanum Imperatorem miserunt, ad hoc, ut copiam Doctorum mitteret in Hispaniam, qui eos Catho-

licam edocerent fidem, & tunc Imperator hilari animo applausit eisdem, & gratias egit ex eo quod fidem Christianam amplexi fuissent, sed cum Ariana hæresi esset infectus, misit ad eos magistros, & Sacerdotes Arianos, qui errorem, ac sectam eorum in sinceras Gothorum animis infixerunt, itaque eorum dogmatibus eosdem aggregarunt.

¹¹ Quapropter ex tunc in nostra Hispania, proh dolor! Reges in pravitate Ariana erraverunt, per tempus 213. annorum qui disfluxere à tempore Regis Alarici usque ad annum 589. in quo, Rex Flavius Recharedus, qui antea in tempus etiam illius erroris erat, atque morbo Arianae cæcitatis laboraverat, illuminatus luce, atque illis lampadibus, quæ in cœlo tempore intempestæ noctis in Martyrio Divi Hermenegildi apparuerunt, & ductus Canticis Angelorum, quæ audita fuerunt, secutus fuit per viam veritatis fratrem suum primum Regem Catholicum ¹² Hermenegildum cuius martyrij causâ quod passus ob ib fuerat, omnes prælatos congregavit ad tertium Toletanum Concilium, ut in eo damnaretur, prout damnata fuit hæresis Arii, qui negabat omne illud, quod in dicta Synodo contra Arianos gens Gothicæ uno ore professa fuit. Hoc equidem idem est quod continetur in Symbolo *Quicumque vult salvus esse*, &c. per Divum Athanasium composito adversus Arianum illum pestiferum errorem, ut videri potest in anathemate ipsius Concilii III. Toletani quod transcriptum fuit à doctissimo Cæsare Baronio in *Annalibus Ecclesiasticis* tom. 7. anno 589. folio 703. & à Garcia de Loaysa in collectione Conciliorum Hispanæ, Concilio Toletano III. à folio 198. atque à Domino Francisco de Padilla in *Historia Ecclesiastica Hispanæ*, centuria 6. capit. 55. ex tom. 2. Conciliorum nova editionis. Prout sequitur.

¹³ In nomine Domini J E S U - C H R I S T I, anno 4. Regnante glorioſiſſimo, atque Piifſiſmo, & Deo fideiſiſſimo Dom. no Recharedo Rege, die 8. Iduum Maiorum, Æra 627. Hac Synodus dubita eſt in civitate Regia Toletana ab Episcopis totius Hispanæ, & Galicie, numero ſeptuaginta duobus, &c.

I. Omnis ergo, qui fidem, & communionem ab Ario ventem, & huc usque à nobis retentam, adhuc tenere dederat, anathema fit.

II. *Quicumque filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, negaverit à Paterna substantia sine initio genitum, & equalēm eſſe Patri, & consubstantialem*, anathema fit.

III. *Quicumque Spiritum Sanctum non credit, aut non crediderit à Patre, & Filio procedere, cumque non dixerit coaternum eſſe Patri & Filio consubstantialem*, anathema fit.

IV. *Quicumque in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & personas non distinguit, & unius divinitatis substantiam non agnoscit*, anathema fit.

V. *Quicumque filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, & Spiritum Sanctum, eſſe Patre minorem affeſveraverit, & gradibus separaverit, creaturemque eſſet dixerit*, anathema fit.

VI. *Quicumque Patrem, & Filium & Spiritum Sanctum unius substantia, omnis potentia, & aternitatis eſſe non crediderit*, anathema fit.

VII. *Quicumque nescire Filium Dei, quod Deus Pater sciat, dixerit*; anathema fit.

VIII. *Quicumque initium Filio Dei, & Spiritui Sancto deputaverit*, anathema fit.

IX. *Quicumque Filium Dei, secundum divinitatem suam visibilem, aut passibilem ausus fuerit proferre, anathema fit.*

X. *Quicumque Spiritum Sanctum, sicut Patrem, & Filium verum Deum & omnipotentem eſſe non crediderit*, anathema fit.

XI. *Quicumque aliam fidem, & communionem Catholicam præterquam in Ecclesia universalis, quam Nicani, & Constantinopolitani, & primi Ephesini, & Chalcedonensis Concilii decreta tenent, pariter & honorant tenuerit*, anathema fit.

XII. *Quicumque Patrem, & Filium & Spiritum Sanctum honore, & gloria, & divinitate separat, & disjungit*, anathema fit.

XIII. *Quicumque Filium Dei, & Spiritum Sanctum cum Patre non crediderit eſſe glorificandum, & honorandum* anathema fit.

XIV. *Quicumque rebaptizandi sacrilegium, opus eſſe bonum credit, aut crediderit, agit, aut egerit*, anathema fit.

XV. *Quicumque libellum detestabilem, duodecimo anno Leovigildi Regis à nobis editum, in quo continentur Romanorum ad Ariam Ecclesiam traditio, & Gloria Patri per Filium, in Spiritu Sancto, & male à nobis instituta continentur: pro vero habuerit, anathema fit.*

XVI. *Quicumque Atheniense Concilium ex toto corde non respuerit, & damnaverit*, anathema fit.

Confitemur enim nos ex hæresi Ariana, toto corde, toto anima, & tota mente nostra ad Ecclesiam Catholicam fuisse conversos, nulli dubium fit, nos, nostrosque decessores errasse in hæresi Ariana, & nos fidem Evangelicam, Atque Apostolicam nunc intra Ecclesiam Catholicam didicisse.

Proinde fidem sanctam, quam Religiosissimus Dominus noster patefecit in medio Concilii, & manus sua subscripsit, hanc & nos tenemus, hanc confitemur pariter, & suscipimus, hanc in Populis praedicare, & docere promittimus.

Hac eſt vera fides, quam omnis Ecclesia per totum mundum tenet, & Catholica eſſe creditur, & probatur; cui hæc fides non placet, aut non placuerit, sic anathema, Maranatha in adventu Domini nostri Jesu Christi.

De Trinitate autem, & unitate Patris, & Filii, & Spiritu Sancti, nihil his verius, nihil lucidius unquam potest, vel poterit demonstrari. De mysterio Incarnationis unigeniti Filii Dei pro salute humani generis, quo & vera probatur humana natura sine peccati contagione susceptio, & permanentis incorrupta, in eo divinitatis plenitudo, dum & natura utraque non deperit, & una fit, & utraque Domini nostri Iesu Christi persona, satis plene in his Conciliis probatur patfieri veritate, & à nobis creditur, omnē dubitatione remota.

Qui unquam hanc fidem sanctam depravare, corrumperem, mutare tentavit, aut ab eadem fide, vel communione Catholica, quam nuper sumus, Deo miserante, adepti, egredi, separari vel dissociari voluerit, sit Deo, & universo mundo, crimini infidelitatis in aeternum obnoxius. Floreat autem Ecclesia Sancta Catholica per omnem mundum pacatissime, & emineat Doctrina, sanctitate & potestate.

Si qui intra eam fecerint, crediderint, communiverint, hi audient ad dexteram Patris positi: Venite Benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.

Si qui autem ab ea recesserint, ejusque detraxerint

rint fidei, & communionem respuerint, hi audient ex ore divino in die Iudicii: Discedite à me maledicti, nescio vos, ite in ignem eternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus.

Sint ergo damnata & in celo & in terra, quacumque per hanc Catholicam fidem damnantur: & sint accepta in celo & in terra quacumque per hanc fidem accipiuntur; Regnante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu Sancto, gloria in secula seculorum.

Ego Recharedus Rex fidem hanc Sanctam, & veram confessionem, unam per totum orbem Catholicam confiteor Ecclesiam, corde retinens, ore affirmans, mea dextera, Deo protegente, subscripsi.

Ego Bald. gloria Regina, hanc fidem, quam credidi, & sic suscepi, mea manu de toto corde subscripsi.

Ego Leander in Christi nomine Ecclesia Hispalensis Metropolitanus Provincia Betica.

Mafona Metropolitanus Episcopus Provincia Lusitania, &c.

14 Antequam hinc abeamus adnotandum est ex hoc primo præsupposito, quod apertè deducitur; Hæreticos fuisse Athalaricum, & cæteros Gothorum Reges usque ad Hermenegildum; ac Leovigildum fuisse ultimum ex Arianis; & quod primus ex Catholicis fuit Rex Hermenegildus, per quem, sua constantia, & Martyrio suscitata fuit fides Catholicæ, & ab eo principaliter, & secundariò à Recharedo per martyrium ejus fratri convicto, & toto corde ad Catholicam nostram fidem converso, omnes Reges in nostra Hispania illud Insigne Catholicorum nomen acceperunt, & per excellentiam vocantur Catholicæ; Ideo cum dicitur, *Rex Catholicus*, intelligitur Rex Hispaniæ in orbe universo. Valsenus in Chron. Hispan. tom. 1. anno 589. D. Valdes de dignitate Regum Hispaniar. cap. 13. per totum. Camillus Borellus de præstantia Reg. Catholicæ, cap. 41. à num. 48. & cap. 42. per totum. Et cum aliis D. Joannes Solorzano de jure Indiarum, lib. 2. cap. 25. nro 27. & 28.

17 Comprobatur autem, quod antecessores Hermenegildi Regis, & ejus fratri Recharedi fuerunt Hæretici, quia si Ariani, ergo Hæretici: leg. 1. 2. & 5. Cod. de summa Trinit. & fide Catholicæ, ubi omne id refertur, quod in dict. 3. Concilio Toletano continetur Gloss. 1. in leg. Manithæos, 4. cum textu in leg. Ariani 5. & Glos. verb. Ariani, leg. quicunque 8. Cod. de Heretic. & Manich. ubi mentionem fecit de gloriose Athanasio, & de ejus Symbolo, in Gloss. verb. Congregati in leg. nos reddentes, 6. manifestum, Cod. de Summ. Trinit. Gloss. verb. Eutychetis, his Verbis: *Et nota Hereticum esse, qui non credit quatuor Conciliorum statuta, scilicet Nicani, Constantinopolitani, Ephesini, & Chalcedonensis, ut supra de Summ. Trinit. leg. nemo, ac denique in cap. quidam autem Heretici 24. quæst. 3. ubi referuntur, qui ab Ecclesia recesserunt: & in verb. Ariani, ita dicit: Ariani ab Ario Alexandrino Presbytero exorti sunt: qui coæternum Patri filium non agnoscens: diversas in Trinitate substantias afferuit, contra illud, quod ait Dominus (per S. Joan. cap. 10.) Ego & Pater unus sumus. Idem videre est in capit. Ariani 73. cap. manus 74. 1. quæst. 1. c. Ariani 109. de consecratione dist. 4.*

18 Præsidium suæ detestabilis opinionis, collocabat Arius Alexandrinus in Evangelio secundum Divum Joannem cap. 14. vers. 28. ubi Christus Dominus noster ait: si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater major me est. Infelix Roxas de Incompatibilitate.

rebat exindè, si Pater est major Christo, ergo inæqualis.

Sed error ejus patet, quia hic, Christus Dominus noster locutus fuit tanquam homo, cuius humanitatis respectu Pater major est. Et convincitur ex dict. cap. 10. ibi: *Ego & Pater unus sumus. Ubi locutus fuit respectu divinitatis. Et ita conciliatur ex aperto dict. cap. 14. cum dict. cap. 10. ex Divo Joanne; alioquin pugnarent inter se, quod absit secundum Augustinum lib. 1. de Trinitate, cap. 11. & lib. 1. contra Maximum cap. 24. & 25. & quæst. 4. ad Orosium, & lib. de fide tractat. 28. idque etiam colligit ex illis verbis: Quia vado ad patrem, ergo non vadit utique ut Deus, sed ut homo, nam Deus ubique est. Ibit ergo, & ibat per id quod homo erat, & manebat per id quod Deus erat: ibat per id quod in non loco erat, & manebat per id, quod ubique erat. Ita similiter loquebatur de se ipso ut homine dicens: Major me est, &c. Et Athanasius in Symbolo: *Æqualis Patri secundum Divinitatem, minor Patre secundum humanitatem, Divus Basilius in lib. adversus Eunomium. & Epistola 141. ad Casarienses, Gregorius Nazianzenus Oratione 4. & 5. de Theologia ex Casario Dialog. 1. Gregorius Nicenus Oratione ad Simplicianum. Ambrosius lib. 2. de fide, cap. 4. & lib. 5. cap. 8. Hilarius lib. 5. & 11. de Trinitate: in libris de Synodis contra Arianos. Optimè Magister sententiarum in lib. 1. distinctione 16. ibi: Erraverunt homines, ea, quæ de Christo secundum hominem dicta sunt ad ejus substantiam, quæ sempiterna est transferentes; sicut illud, quod ipse Dominus ait: Pater major me est, quod propter formam servi Veritas dicit, secundum quem modum etiam se ipso minor est filius. Quomodo enim non etiam se ipso minor factus est, qui seipsum exinanivit, formam servi accipiens. Non enim sic accepit formam servi ut admiraret formam Dei, &c. late Divus Thomas 4. contra gentes, capit. 16. ratione 11. & ex Augustino ubi supra, Chrysostomus, Cyrillus, Leontius, Theodosius, & Hierarchia omnium Sanctæ Ecclesiæ Doctorum.**

Supponitur itidem ad casum, quod Leovigildus primas contraxit nuptias cum Theodosia filia Severiani Magni Ducis Provinciæ Carthaginensis, qui fuit filius Theodorici Regis Ostrogothorum italiæ, is Severianus matrimonio se copulaverat cum Theodora, quæ ex Regia stirpe Gothica etiam procedebat, & ex iis, illi præclarissimi filii, nempe Divus Leander, Isidorus, ambo Archiepiscopi Hispalenses, Sanctus Fulgentius Episcopus Carthaginensis, atque antea Episcopus Astigi, se Augustæ firmæ, vulgo Eisa, & Sancta illa Virgo quæ monialem vitam egit Florentina, ac denique prædicta Theodosia Hispaniæ Regina, ac conjux Leovigildi, Parentes gloriissimi Principis primogeniti Hermenegildi, atque Flavii Recharedi secundogeniti.

Postea Leovigildus secundas inivit nuptias cum Gosiunda vidua Regis Athanagildi: & naturali desiderans affectu, quod Regnum in suos filios, atque ejus posteritatem, absque electione perveniret, & continuaretur, animo pervertendi consuetudinem, quam Goths proceres observabant in eligendis Regibus, & cupiens introducere novam illam consuetudinem ut semper in Regno succederet primogenitus Regis filius, vel filia, & eorum descendentes, atque proximiores consanguinei; quæ ex tempore hujus Regis, & fratri sui Liutba, cui successit Leovigildus, introducta fuit, assumptis Coadjutores, seu Con-Reges filios suos Her-

6 Roxas ad Tract. de Incompatibilit.

menegildum, & Recharedum, & Regna Hispaniæ in tres divisit partes: unam, & principaliorum, quæ fuit Hispalensis, in qua sedem suam Regiam habebat Leovigildus: atque omnem provinciam, quam hodie vocamus, *el Andaluzia*, cessit Hermenegildo tanquam primogenito, & sibi retinuit civitatem Toletanam, ad quam transtulit suam sedem, unde Toletum incepit insigniri, & vocari *Urbs regia*, sic enim à Gothis appellabatur civitas, in qua Regum electio facienda erat: *l. 2. in prologo de el fuero Juzgo*, ubi est probabilis error in inscriptione, dum dicitur, *en Ciudad de Roma*, cum transcribi debuerat ex originali *en Ciudad Regia*, quæ una littera tantum maiuscula scilicet *R.* significabatur, prout notat in *d. leg 2. Alphonsus à Villadiego, n. 19.* & cum Loaysa & dom. Molina Castillo de Bobadilla in *sua politica lib. 2. cap. 18. num. 224.*

*26 Hic in transitu duo adnotare licet, in primis, quod consuetudo illa, de qua in l. 2. titul. 15. partita 2. introducta ad hoc, ut sine electione succedat in Regno filius, vel filia natu major, non cœpit introduci à tempore Regis Pelagii, prout intendunt dom. Molina lib. 1. c. 2. n. 12. Joan. Garcia de expensis, c. 16. num. 17. & 18. Spino de testament. gloss. 19. de majoricatu, num 73. Castillo de Bobadilla lib. 2. cap. 18. num. 224. Sed multis ab antea temporibus, nempe à tempore Leovigildi, cui successit ejus filius Divus Flavius Recharedus Fr. Divi Hermenegildi, & tempore Regis Cinthilæ, cui successit Cyndas Vinthus ejus filius, & Cyndas Vintho ejus filius major, Flavius Recesvinthus, & Flavio, Egica ejus filius, Egicæ Wityza, & Wityzæ successit Rex ultimus Gothorum Rodericus filius qui fuit Theofredi, & nepos Cyndas Vinthi, qui omnes de tacito Regni consensu contravenerunt l. 2. in prolog. del fuero de *Juzgo*: ideo ex illo tempore Leovigildi, cœpit dicta lex abrogari, & introduci consuetudo relata in *d. leg. 2. tit. 15. partita 2.**

27 Secundò, adnotanda est illa quæstio, quam excitat, & ex professo magna cum eruditione resolvit D. Press. ac Episcopus D. Joan. Baptista Valençuela Velasquez tom. 2. consil. 199. An Rex possit in vita sua Regni administrationem in totum, vel simul cum ipso concedere ejus filio, præsertim Primogenito, & immediato successori? ad quem te remitto: ubi etiam num. 47. & 48. agit de nostro textu.

28 Ad nostrum jam revertamur prosequendum casum. Leovigildus, ad hoc ut filius major Hermenegildus, qui successurus erat in universo Hispaniæ Regno, regalibus nervis esset securior, ordinavit, ut matrimonium contraheret cum Ingunda; quia licet esset Catholica, erat neptis Gothorum Regum Athanagildi & ejus uxoris Gosiundæ, & filia Francorum Regum, scilicet Sigisberti Regis de Lorenna, & ejus conjugis Brunechildæ filiæ Athanagildi, & Gosiundæ.

29 Attamen ut Ingunda attraheretur ad Arianam hæresim, & à fide deficeret Catholica, fuit cautum à Leovigildo, quod Gosiunda secunda ejus uxor,

30 & avia Ingundæ, cum ea vitam ageret: fecus verò accidit, quia non solum Ingunda constanter se defendit, atque in Catholica Religione perstigit; imò potius suum maritum Hermenegildum ad veram

31 Dei attraxit fidem, & ei non defuit Divus Leander Hermenegildi Avunculus frater matris, qui sua Catholica doctrina, & sanctitate instruens Hermenegildum simul cum Ingunda, fecit, ut is falsum Ariani errorem abhorreret, & abjuraret, & fidem Catholicam constantissimè profiteretur.

32 At cum cognitum haberet Leovigildus, quod

filius Hermenegildus dicesserat à Secta Ariana, & fidem amplexus fuit Catholicam, misit cum suis Legatis litteras ad eum significantes, quod ex eo perturbatum esset suum Regnum, & quod illum retinere non poterat, nisi ad Arianam opinionem rediret, quam observati fuerant semper Reges omnes sui prædecessores: & in epistolis, tum suadendo, tum obsecrando, tum exhortando, tum increpando, tum minaciter terrendo, promissum ei fecit, quod si desisteret à fide Catholicæ, & ad Arianam reverteret, non solum in parte Regni sibi tradita conservaret, sed omnes alias ei cederet, ad hoc ut tanquam Primogenitus, etiam eo vivente, in omni Hispaniarum Regno succederet: ex adverso autem, si non obsequeretur, armis illum debellaret, & non tantum Regno, sed etiam vita privaret.

His præsuppositis, casus sic se habuit: Cùm *33* Hermenegildus recusasset (quoad supradictum) obedientiam patri, & ejus præcepto non acquievisset, debellatus fuit, & captus à Patre suo Leovigildo, qui eum corpore vincitum, sed non animo victum, jussit in turrim munitissimam, seu arctissimum carcерem contrudi, ubi modis omnibus curavit animum invictum Principis sui filii pervertere, & ad hoc iterum, atque iterum ei obtulit Hispaniæ Regnum, & quod nec vita, nec sua gratia privaretur, imò ad eam rediret, si ad suam religionem (sic enim vocabat Rex Leovigildus Arianam) reverteret relicta Catholicæ, & si ab Ariano Episcopo Paschasio, in talis conversionis signum, acciperet communionem.

At vero Catholicus Hermenegildus cum liber *35* esset mente, incensus veræ fidei lumine & nostræ Catholicæ Religionis zelo, cognovit, quod Regnum hoc terrenum cum tali gravamine, atque conditioне sic à Patre concessum omnino erat incompatibile cum coelesti Regno, Catholicis tantum, & non hæreticis à Deo promisso, & quod eadem de causa non compatiebatur gratia ejus patris, ac vita temporalis sub dicta conditione promissa cum gratia Dei Patris omnipotentis, & vita æterna.

Ideo animadvertisit Hermenegildus, quod apud *36* ipsum concurrere non poterat utrumque, & quod necessario deveniendum erat ad electionem unius ex duobus Regnis; & rebus sic incompatibilibus existentibus, deliberavit eligere Divinum seu Cœleste Regnum, tanquam majus & principalius, quod maximè appetebat, & insimul Dei gratiam, & æternam vitam promereri.

Quamobrem Pater Leovigildus non solum eum *37* à sua gratia, ac Regno abdicavit; sed etiam temporali vita jussit eum privari, mittens suos appartenentes, qui (prout dicit Gregorius in ipsomet cap. 31. lib. 3. Dialogorum) securi cerebrum ejus infringentes, vitam corporis abstulerunt, & tali diademate Martyrii ab ipso Patre coronatus, translatus fuit Hermenegildus Rex cum gratia Dei ad electum Cœleste Regnum, & vitam æternam possidendam: quod evidenter demonstrarunt Angelorum cantus ad corpus hujus Regis, & Martyris, in nocturno silentio auditæ, atque ideo veraciter Regis, quia & Martyris (ut verbis Gregorii utar) & incensæ lampades, quæ apparuerunt in Cœlo.

Ex textu igitur jam talis conclusio deducenda *38* videtur.

CONCLUSIO.

Incompatibile est apud Catholicum, Cœleste Regnum cum Regno terreno, seu quovis alio majoratum sub gravamine desistendi à fide Catholicæ, at simul

simul admittendi Arianum; vel alium hereticum erorem: ideo unum eorum, celeste nimurum debet eligere Regnum, dimisso alio etiam cum vita pericolo.

ALIA CONCLUSIO.

39. Vel sic formari potest: Gratia Dei non compatitur cum gratia Paterna concessa sub conditione, quod filius pervertatur ad haeresim, repudiata fide Catholicæ; & sic quod communionem ab Heretico accipiat; quam capere non debet ab ejus manu, immo potius mortem accipere.

41. Sed contra hoc ultimum videbatur obstat, quod cum ab heretico ministro liceat accipere Sacramentum Baptismi, cap. dictum est à Deo 96. cap. sicut 47. in fine cap. Spiritus Sanctus § 8. cap. quod quidem 97. §. opponitur autem versicul. Sacramentum tamen Baptismi non solum à Sacerdote deposito, vel laico Catholicō, verum etiam ab heretico, vel pagano si ministratum fuerit, nulla reiteratione violabitur 1. quæst. 1. cap. Romanus 23. cum quatuor sequentibus; cap. si qui 28. cum tribus sequentibus, de consecratione distinct. 4. Concil. Trident. sess. 7. de Baptismo Can. 4. Concilium Florentinum, in quo ita decisum fuit: In casu necessitatis non solum Sacerdos, vel Diaconus, sed etiam Laicus, vel mulier, immo etiam Paganus, & Hereticus Baptizare potest, relatum à Patre Henrico de Villabos tom. 1. tract. 5. diff. 8. n. 1. ergo eodem modo quodlibet aliud ex septem Sacramentis ab heretico potest accipi.

42. Probatur consequens; quia secundum Divum Augustinum in cap. si inter 25. de consecratione, distinctione 4. Nullo modo malum est Sacramentum quod etiam per malum datur, quando idem Baptismus datur. Et ideo per ministros dispare Dei munus æquale est, quia non illorum, sed ejus est: & in cap. sequenti, ibi: Potestatem à Domino in nullum hominem transituram, sed ministerium planè transiturum, potestatem à Domino in neminem ministrorum, ministerium & in bonos, & in malos. Non abhorreat columba ministerium malorum, sed respiciat Domini potestatem. Quid tibi faciat minister malus, ubi bonus est Dominus? Quid te impedit malitiosus prece, ubi benevolus est Iudex? Item neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, &c. Idem Divus Augustinus in cap. dedit Baptismum Judas, 46. quæst. 1. Divus Thomas in 4. sententiæ, 5. q. 2. art. 2. dicens, quod bonitas ministri non est de substantia Sacramenti Baptismi, cum gratia, & character causetur ex opere operato.

44. Item etiam in gratiam argumentationis opponi posset de textu in cap. nunc autem divina 7. dist. 21. ubi Marcellinus ille Summius Pontifex, ut à morte violenta se liberaret, ingressus fuit templum Paganorum, & Infidelium, & grana thuris super prunas imposuit: & tamen Inquisitione facta nullus Episcoporum in Concilio ea de causa collecto congregatorum ausus est in eum proferre sententiam. Ergo dicendum videtur, quod non teneatur Catholicus eligere potius mori quam ab Heretico communionem accipere, maximè valde oppressus prout Hermenegildus, qui erat in vinculis jacens; nam ubi est metus, vel coactio, deest consensus: leg. qui in carcerem, ff. de eo quod metus causa 1. interpositas, C. de transact. cap. 2. de his qua vi metus ve causa fiunt: cap. cum locum, de sponsalib. cum similibus: & est textus in cap. Presbyteros 32. distinctione 50.

46. Attamen redeundo ad primam partem nostræ

conclusionis, ubi dicitur, quod apud Catholicum, prout fuit Hermenegildus, incompatibile est Cœlestē, seu æternū cum temporalī Regno, sub dicto gravamine desistendi à fide, concessio, necesse est ad hoc ut præfulgeat, ac magis præclare existat, per hastæ cuspidem currere, & ut per alia contraria argumenta transeat, ita sic.

Incompatibile est Divinum cū humano Regno 47 apud infideles tantum, non autem apud fideles justificatos; sed Hermenegildus verè, & constanter fidelis justificatus, non verò infidelis fuit: ergo apud Hermenegildum, Regnum divinum cū humano compatibile fuit.

Major probatur ex divina dispositione, qua justificati fideles vocati tantummodo sunt ad Rēgni Dei successionem, sed infideles heretici, & non justificati exclusi sunt à Regno Cœlorum, ut per Mathæum, cap. 7. ibi: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum Cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est ipse intrabit in Regnum cœlorum. Et in cap. 8. ibi: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël, dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob in Regno cœlorum, filii autem Regni ejiciuntur in tenebras exteriores. Et in cap. 13. vers. Aliam parabolam proposuit illis dicens: Simile factum est Regnum Cœlorum homini, qui seminavit, &c. Et vers. Tunc dimissis turbis, &c. Bonum verò semen, his sunt filii Regni. Et in cap. 19. vers. Sintite parvulos, &c. ibi: Talium est enim Regnum cœlorum. Et in cap. 25. vers. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, &c. Tunc dicet Rex iis, qui à dextris ejus erunt, venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi. Et per S. Lucam cap. 13. vers. 27. Et dicet vobis, nescio vos unde sitis, discedite à me omnes operarii iniquitatis: Ibi erit fletus, & stridor dentium: cum videritis Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas in Regno Dei; & venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & austro, & accumbent in Regno Dei. Sanct. Paul. ad Galat. cap. 3. ibi: Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt: ii sunt filii Abraham: Et inferiùs: Igitur, qui ex fide sunt, benedicentur cum fidi Abraham. Et 1. ad Corinth. cap. 6. An nesciatis quia iniqui Regnum Dei non possidebunt: Cujus autoritate Sancta Tridentina Synodus sessione 6. de reformatione cap. 15. dixit, Divine legis doctrinam defendendo, que à Regno Dei, non solum infideles excludit, sed & fideles quoque omnes, qui lethalia committunt peccata. Et in cap. seq: Quod fidelibus justificatis promissa est corona justitiae. Ex Apostolo 1. ad Timotheum cap. 4.

At dicendum est in eorum confirmationem 49 quod non solum Infideles, & Heretici exclusi sunt à cœlesti Regno, sed etiam à Regnorum temporali successione, ex legibus Gothorum ab eisdem sancitis, ut constat ex leg. 2. in prologo del fuero Juzgo, ubi agens de qualitatibus, quas in eligendo Rege attendi opus est, ita dicit: è los Principes devén de la fe Christiana, è devén non defender el engaño de los Judíos, y de el tuerto de los Herejes. Adeo ut apud ipsos, Rex in heresim lapsus depóni posset, & alias eligi qui Catholicam fidem profiteretur: juxta 1. 4. vers. Oiros dezimos pue el que a tal fuese (scilicet Juzgado por Hereje) non puede ser Emperador, nin Rey, nin Duque, nin Conde, &c. ibi: È aun dezimos que si fuere provado contra alguno que es Hereje, que deve perder por

8 Roxas ad Tract.

ende, &c. tit. 26. partita 7. Cui consonat cap. Apostolica, de re iudic. in 6. cap. si Papa 40. distinx. & cap. 18. ubi Gloss. de heret. in 6. Minor non indiget probatione, notum enim est per nostrum textum, quod Hermenegildus fidelis fuit, & Christianæ religionis observantissimus, ac justificatus, ideo consequens patet.

50 Quartò, & fortius sic argumentor: nulla alia incompatibilitas in præsenti dari potest, nisi ea, quam constituit gravamen illud appositum per Regem Leovigildum filio Hermenegildo, sive conditio desistendi à fide Catholica, & ad Arianum revertendi errorem. Sed tale gravamen, seu conditio ipso jure rejicitur, & habetur tanquam non apposita, ergo non fuit incompatibile utrumque Regnum apud Hermenegildum.

51 Major ex nostro textu apertè constat; & Minor probatur, quia fuit gravamen, & conditio contra ius divinum, & humanum supra proximè allegatum in num. 48. & 49. Ideo pro non apposita habetur, leg. conditiones contra edicta Imperatorum 14. ff. de condit. institut. ubi etiam Glossa verb. Imperatorum, dicit: ut instituo te heredem, si eam ducas in uxorem, quam de sacro fonte levasti: ut Codice de nupt. leg. si quis alienam §. final. idem magis, si contra edicta JESU-CHRITI: tunc namque conditio tanquam impossibilis de jure adimplere filius non debet, leg. filius 15. ff. de condit. institut. l. 3. tit. 4. partit. 6. Exinde consequens planè procedit.

52 Quintò, etiam sic argumentor; conditio ad hoc ut ad successionem incompatibilitatem inducat, imponi debet ab eo, qui eam imponendi habet potestem. Sed Rex, qui per electionem Regnum detinet, prout Leovigildus, conditionem aliquam imponere successori non valet; ergo nec utique tali casu ad successionem Regni incompatibilitas dari potest.

53 Major probatur, quia ad omnis actus humani validitatem, non solum voluntas, sed etiam potestas, necesse est simul concurrant in disponente, l. nolle adire 4. ff. de acquir. hered. leg. Pater Severinam 101. in princip. ff. de condition. & demonstr. leg. cum te, Cod. de donat. ante nupt. leg. 2. C. communia de legat. cap. super Abbatia 23. de Offic. & potestat. Unde axioma deducitur, quo voluntas inanis est, nisi adsit potentia: quod illustrant ex quam plurimis authoritatibus Dom. D. Joan. à Castillo, quotidianarum libro 4. capit. 5. numero 9. & Augustinus Barbosa axiomate 230. verb. Voluntas, numero 1. & 2.

54 Minorem probat textus in leg. filius familias 11. §. ut quis heredem, ff. de leg. 1. leg. unum ex familia 67. §. Sed et si fundum, ff. de leg. 2. cap. 1. de feud. Marchia. Ex quibus deducitur, quod in fideicommissis, feudis, vel majoratibus, in quibus succeditur per electionem, non potest majoratus possessor, electum, sive successorem onere aliquo gravare, nec modum, aut conditionem injungere, cum nihil de suo præstet; & non ab eo, sed à primo institutore successor accipiat; vel ab electoribus, quando Regnum per electionem datur: Dom. Molina de primogen. lib. 2. cap. 4. à numero 10. ubi etiam ejus Additionatores: Pater Molina, tom. 3. disp. 579. num. 5. Robles de Salcedo de representat. lib. 3. cap. 19. n. 63. Dom. D. Joan. à Castillo tom. 5. cap. 161. num. 6. Vincentius Fusar. de fideicommiss. substitut. quæst. 511. per totam maximè à num. 5. Quia quem non honoro gravare non possum, leg. ab eo 9. Cod. de fideicommiss. dict. leg. unum ex fami-

de Incompatibilit.

lia §. 1. de leg. 2. l. 1. §. Sciendum, ff. de leg. 3. August. Barbosa axiom. 108. num. 1.

Iterum sic sextum argumentum potest formari: 56 quando Rex non est Catholicus, sed Hæreticus (prout Leovigildus) filius autem Catholicus (sicuti Hermenegildus) etiam renuente Patre filius legitimus successor est in Regno temporali. Ergo apud Principem Catholicum, etiam hæretico nolente Patre, absque ejus consensu, compatibile est temporale cum æterno Regnum.

Antecedens probatur ex leg. 2. versic. è los Principes deven ser, &c. in Prologo de el fuero Juzgo. Quam legem Gothi ipsi observare tenebantur. Et ex textu in cap. 2. maximè in vers. heresi, cum Glos. verb. Heresi, de sentencia, & re iudicat. libro 6. l. 4. verb. Otros dezimos tit. 26. partita 7. ubi etiam Glos. verb. Que ante avia. Juncto textu in cap. licet 6. vers. & Regnum ipsum, &c. devoto, & vot. redempcione. Ubi videndus est Barbosa in sua collectanea, lib. 3. tit. 34. n. 11. & 12.

Ex quibus juribus optimè deducitur, quod resolvit Frater Petrus de Lorca Ordinis Cisterciensis ad Commentar. in 2. 2. Divi Thome, sect. 1. disp. 46. memb. 1. quæstione 11. artic. 4. num. 15. dum dixit: Denique inquire solet utrum majoratus Regius, hoc est Regnum, vel Ditio Principis supremi propter hæresim confisicationi subjaceat? Quod attingunt Castro lib. 2. de just. Hæreticorum. punitione cap. 7. & Simancas titul. 46. num. 75. Et resolvunt, bona primi Principis confiscari non posse, quia non est cui aplacentur, neque à quo occupentur: Regnum tamen ipsum pertinere ad legitimum successorem Catholicum.

Tandem contra nostram conclusionem opponi 58. videtur posse, quod quomodo cumque sit, Hermenegildus filius Leovigildi, obedire ei debuit, & obsequi ejus imperio, absque eo quod culpabilis esset, leg. velle non creditur, qui obsequitur imperio Patris, vel Domini 4. leg. is demum §. ejus vero nulla culpa est, cui parere necesse sit. ff. de regul. jur. l. liber homo la 2. ff. ad leg. Aquil. Farinac. & in præx. criminal. part. 3. quæstione 97. numero 4. & maximè num. 149.

Quod confirmatur, quia melius est obedire, quam sacrificare 1. Reg. cap. 15. & Ecclesiast. cap. 4. cap. sciendum 8. quæst. 1. cap. illud de major. & obedientia. Et taliter quod non solum tanquam Patri, sed etiam tanquam Regi debuit obedire; quod dicuntur in sacris litteris, 1. Regum cap. 13. qui non obdierit Principi, morte moriatur, & cap. 2. de major. & obedientia. Et in Concilio Agathensi, quod etiam anathematizetur l. 16. tit. 1. partit. 1. ubi etiam D. Gregor. verb. en carrera de muerte.

Unde dixit Abb. Panormitan. in dict. cap. 2. de major. & obedientia, n. 27. in fine, cap. 3. de offic. Ordinar. quod denegans obedientiam Principi seculari peccat mortaliter, & quod judex Ecclesiasticus ad petitionem secularis illum excommunicare potest.

Sed his, & aliis minimè refragantibus, vera est nostri textus conclusio, cuius ultima pars confirmatur ex eo, quod Eucharistiæ Sacramentum minimè ab Hæretico est accipendum; cap. superveniente 73. 1. quæst. 1. cap. Odi 29. cap. Subdiaconus 40. ubi etiam Glos. verbo habebunt, & cap. si quem 41. cum seq. 24. q. 1.

Et redditur ratio ex textu in cap. corporalia 50. 1. quæstione 1. ubi dicit Augustinus: Corporalia Sacra, que portant, & celebrant, etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis;

Introductio.

9

pietatis virtus vero invisibilis, & spiritualis ita in eis esse non potest, quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum quando amputatur à corpore, cap. extra 72. 1. quest. 1.

- 64 Quapropter per Sacra menta ab Hæretico administrata, præter Baptismum, non confertur gratia, quia secundum Glosam verb. *Hæreticus* in cap. etiam 49. 1. questione 1. Sacramentum gratiae, prout est Sacramentum Baptismi dat Deus etiam per parvos, & malos, ipsam vero gratiam non nisi per se ipsum. Et non solum dicta Sacra menta per Hæreticos non conferunt gratiam; immo sunt Domino nostro valde odiosa, ut probat Hieronymus in cap. si populus 62. & cap. sequent. ubi ita: *Odit Deus sacrificia Hæretorum; & se projicit, & quotiescumque congregati sunt in nomine ejus detestatur factorem eorum, & claudit nares suas capit. illi offerunt 64. cap. si quis inquit 61. 1. quest. 1.*

65 Meritè ergo Catholicus de manu Hæretici communionem non debet accipere, sed potius mori; quoniam aliter gratiam non consequitur, immo damnationem suam: cùm id Catholicus prohibitum sit, & Deo optimo, maximo summe odiosum est. Ideò si Catholicus sciens ab Hæretico communionem accipiat, reputatur tanquam Hæreticus: capir. penultim. 24. questione 1. & poenam mortis æternæ ac perpetuae damnationis incurrit: probat Cyprianus in capit. si quis 71. 1. questione 1. ex textu in lib. 3. Regum cap. 13. quia ita Cyprianus: *Si quis (inquit) de Ecclesia, hæretica præsumptione, exierit, à semetipso damnatus est; cum būjusmodi (secundum Apostolum) nec cibum quidem sumere debemus: declaratur hoc in libro Regum, ubi cùm homo Dei ad Iero boam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atque ultionem futuram prædiceret: Panem quoque apud illud edere, & aquam bibere prohibitus est; quod cum non custodisset, divina sententia inde rediens, morsu Leonis in itinere interiit, &c.* Et prosequitur in §. mox sequenti: *Et audet quisquam dicere Sacramentum salutare, & gratiam cœlestem communem cum Hæreticis esse posse, cum quibus nec terestris cibus, nec secularis porus debet esse communis, &c.*

66 Iterum comprobatur, quia hæreticus est ille, qui aliter sentit, & docet de Sacramentis Ecclesiae, quam Sacrosancta Ecclesia Romana prædicat, & observat; cap. ad abolendam 9. de Hæreticis cap. hac est fides 16. 24. questione 1. ideoque Hæreticus segregatus est à charitate, & unione Catholicæ Ecclesiae, & ipso jure excommunicatus cap. excommunicatus 13. §. credentes de Hæreticis, cap. noverint 49. de sentent. excommunicat. leg. 2. in princ. verb. La prima es: titul. 9. part. 1.

67 Sequitur ergo; quod ab ejus manu non debet Catholicus communionem accipere communicando & assentiendo Hæretico, atque excommunicato, immo potius matrem accipere, & omnia mala pati cap. ita ne 4. cum glos. 1. ubi etiam quod propter mortem non debet malo consentire 32. quest. 5. cap. Sacris 5: de his quæ vi mitus vè caus. fiunt capit. Inquisitione 44. de sentent. excommunicat.

Quoad primam nostræ conclusionis partem comprobatur: quippe concurrere non potest apud eundem uterque majoratus, seu aliud atque aliud Regnum, scilicet cœleste, & terrenum, vel

gratia Dei cum gratia Paterna promissa cum dicta conditione, ac gravamine deserendi fidem Catholicam atque metuendi ad hæreticum, cum re vera prædicta conditio faciat esse contrarios atque inter se repugnantes majoratum cœlestem, & majoratum cuius seculi, & quod implicit contradictionem Dei gratia, & dicta Paterna gratia. Quia si Regnum, & gratia Paterna per dispositionem summam Leovilgidi non promittebatur nisi Arianis deserviret, id est iis; qui ab unitate fidelium universalis Ecclesie se ipse segregaverant, errantes per intellectum, & pertinaciter adhærentes errori per voluntatem. Regnum vero cœleste, & 69 gratia Dei ex contraria conditione implicita per dispositionem divinam non Arianis, seu Hæreticis, sed solum Catholicis conceditur, eis scilicet qui cum clypeo fidei Catholicæ Deo serviant, & in ejus gratia sunt constituti capit. alienus est. 20. cap. quia ex sola 23. ubi suo more probat ipsem Div. Gregorius cap. omnis qui recedit 25. cap. quicumque ab unitate fidei 28. ibi: *Nec januam Regni cœlestis possunt ingredi, causa 24. quest. 1. cap. 1. §. una vero est fidelium universalis Ecclesie, extra quam nullus omnino salvatur, &c. de Summ. Trinit. & fide Catholicæ; Symbolum Athanasii: Quicumque vult salvus esse ante omnia opus est, ut teneat Catholicam fidem, &c. Concil. Trident. sess. 6. de reformatione cap. 15. ubi extat determinatum, quod infidelis, & qui non est in gratia, excluditur à successione Regni cœlestis.*

Facit etiam ad comprobationem nostræ conclusionis, textus in *log. cœlicolarum* 11. dum in finalibus verbis sic habet: *Certum est enim, quidquid à fide Christianorum discrepat, legi Christianæ esse contrarium, Cod. de fud. & in Cœlicol. in cuius confirmationem allegat Glosa illud, quod dictum fuit à Christo Domino nostro per Divum Matthæum in cap. 12. vers. 30. Qui non est mecum, contra me est? & qui non congregat mecum, spargit cap. quoniam vetus 24. in fine 23. quest. 1. Glos. final. ibi: Et qui non est mecum, contra me est, & quicumque à fide Catholicæ discrepat, ei contrarius est.*

Nostra quidem conclusio non minus clarè demonstratur in textu divino per Matthæum in cap. 6. & Lucam cap. 16. ibi: *Nemo potest duobus dominis servire; aut enim unum odiet, & alterum diligit: aut uni adhæredit, & alterum contemnet: non potestis Deo servire, & Mammonæ. Advertens, quod Mammona Hebraice idem est, quod in nostro Idiomate, *nombre de Diablo*, que tienta con codicia. Ita enim vertit Santa. in vocabulario suo Ecclesiastico, verb. *Mammon*: vel *Mammona*.*

Et incompatibilitatem, quam dicimus deduci ex nostro textu, satis demonstrat Pat. Carolus Scribanus de *Politica Christiana*, cap. 20. dum in explicationem textus Divi Lucæ, dict. cap. 16. ita dicit: *Quid timeat propter? bonum Dominum habet cœlorum, & seculi, & Regum Regem, qui cum Pharisæos auro, & opibus famulantes vidisset, protulit hanc sententiam: Non potestis Deo servire, & Mammonæ, quid cogitatis divites? Quid pauperes? Famulari Deo, & opibus non possimus; alter nobis destituendis. Quid diligitis divites, & pauperes? Deum? Renuntiandum opibus: non ego dico, sed Dominus: opes? renuntiandum Deo. Ipsius, non mea sententia est: vultis opes, & Deum? negat Deus posse. Quis temerarius judicabit posse? an mentiri potest Deus? non magis opus, & Deum unum capit peccatum,* quam

10 Roxas ad Tract. de Incompatibilitat.

quam cœlum , & inferos anima una. Durum hoc , quare nec utriusque mercedem sperare ? Opum , Deique merces , opes , & Deus sunt. Frueris opibus ? non potes Deo. Deo ? non potest opibus. Inquiramus causam, docebimur à Domino , certius non possumus : *Nemo potest duobus dominis servire.* Duo domini , scilicet Deus , & divitiae , alterum odiisse deberet , & contemnere , qui alteri adhæret & diligit. Dei verba sunt.

militē , qui arma bellica depositū cap. unic. maximē in illis verbis : Eo quod desit esse miles sacerdī , qui factus est miles Christi titul. 30. de feud. feminin. cap. unic.

Quoad secundam tamen nostræ conclusionis 75 partem , confirmatur , quia cum inter utrumque Regum data contrarietate , ac eorum incompatibilitate , unum eligere quis debeat : leg. 1. Cod. de furt. dict. l. bis quidem 5. in princ. vers. Sed abjectis , atque discrepantibus detur electio quem retinendum sibi potius censeant , quem deserendum cognoscant , ut in eo quod optaverint , firmiter manent ; eo quod despicerint , sine dubitatione repellantur , Cod. qui milit. poss. vel non : lib. 12. cum aliis quampluribus juribus infra referendis. Hoc maximē quod eligendum est Regnum cœleste , prout secundum Divinum eloquium testatur Matthæus in cap. 6. in fin. ibi : *Querite ergo primum Regnum Dei , & justitiam ejus, id est justificationem , seu gratiam ejus.*

Et non obstant argumenta in contrarium adducta , quibus , ut plenius satisfaciā totam Incompatibilitatis subtilem ac practicabilem materiam revolvere perutile erit , de eaque ex professo agere , in specie successionis Regni & majoratus : deinde ad argumenta , quæ de contrario sunt posita , dissolvida ultimè descendam , quod omne distribuetur in novem partes sequentes.





PARS PRIMA.

DE INCOMPATIBILITATE IN GENERE.

CAPUT I.

Utrum detur incompatibilitas in omni scientia.

SUMMARIUM.

- 1 Incompatibilitatis vox per alios terminos, seu signa ad placitum significatur.
- 2 Incompatibilitas, & Repugnancia, qua voce usus fuit Jurisconsultus, idem sunt.
- 3 Incompatibilitas, & perplexitas, qua voce usi fuerunt Jurisconsulti, ad idem tendunt.
- 4 Perplexitas est quando adimplendo unum sequitur impossibilitas, vel contrarietas, vel inconveniens ad aliud.
- 5 Perplexitas alia resolutilis, & tunc non vitiatur dispositio; & alia non resolutilis, & tunc vitiatur, & num. 6.
- 6 Perplexitas, in duobus Beneficiis, seu Majoratibus, eligendo unum, est reducibilis seu resolutilis.
- 7 Perplexitas quid sit. Docet etiam Baldus, per exempla demonstratur.
- 8 Incompatibilitas, aliqua inter se contraria esse, seu contrarietas, per idem significatur, quia omnia incompatibilia inter se sunt contraria.
- 9 Contradicторia sunt, que simul de eodem stare non possunt, ideo idem quod Incompatibilia.
- 10 Opposita sunt, quae in uno & eodem adesse non possunt, & sic idem quod Incompatibilia.
- 11 Impossibilitas ad idem tendit quod incompatibilitas.
- 12 Incompatibilitatis vox utitur Bart. quae idem est quod incompatibilitas.
- 13 Adversio est quedam naturalis incompatibilitas inter alias plantas, & aliquae animalia, quae inter se quedam odio naturali dissident.
- 14 Antipathia Graecè idem est quod adversio Latine, ibid.
- 15 Incompatibilitatis vox à Juris Pontificii Professoribus fuit inventa; & utrum à Latinis, seu Jurisconsultis fuerit cogita, necesse non est perquirere.
- 16 Incompatibilitatis vox, seu etymologia componitur ex dictione in, idest, non, & à nomine adjektivo, compactus, compacta, compactum; vel compactilis & compactile id est, cosa adjuncta contra.
- 17 Etymologia rei, de qua agitur, proprietatem ostendit: eodem n. 16.
- 18 Incompatibilitas quid sit, & ejus definitio vera demonstratur ex genere & differentia, & aliis legibus definitionis, & n. 18. 19. 20. & 21.
- 19 Concursus omnis, & cumulatio permitta est, nisi expressè reprobetur à natura, vel à lege divina, aut humana, vel à dispositione hominis, & nro. 22.
- 20 Incompatibilia, cum idem sunt quod Contraria,

intelligi debent privativè, & non positivè.

- 21 Contraria privativè non admittunt mixtum: contraria positivè mixturam admittunt & n. 25.
- 22 Contraria adversa privantia, & relata negantia, quæ sint, & in quo differant? ad majorem declarationem materie Incompatibilitatis demonstratur, & n. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. & 36.
- 37 Incompatibilia de quibus agimus, non pertinent ad contraria, quæ admittunt concursum aliquem medium vel mixtum, sed quæ sunt contraria, medio carentia, repugnancia inter se.
- 38 Contraria per obliquum, quæ sint, ostenditur.
- 39 Conditio ferendi nomen seu insignia armorum familiae vel cognominis, aut alterius gravamini si in Majoratu non est apposita privativè, sive negativè, aut per contrarium medio carens, sed sincere, sive positive tanquam diversam, vel contrarium per obliquum, non est incompatibilis cum alio majoratu eandem conditionem habente.
- 40 Mieres concludenter convincitur, dum contrarium tenet in majoratibus, quorum quilibet habeat non privativè seu negativè, sed simpliciter preceptum ferendi nomen & arma.
- 41 Qualitates si simul concurrant, quarum quilibet de per se potest operari suum officium, una qualitas non derogat alteri.
- 42 Conditio deferendi nomen, & arma apposita privativè, aut negativè, aut per contrarium medio carens, licet in uno ex duobus pluribusve majoratibus, est incompatibilis cum aliis.
- 43 Et successor debet unum eligere.
- 44 Paulus Durand Episcopus Urgellensis in hac materia de majorarum incompatibilitate per conditionem ferendi nomen, & arma, comprobavit mirifice atque illustrat opinionem nostram.
- 45 Conditio portandi arma principaliter ad dextram vel nomen, seu cognomen, tanquam principale est incompatibilis cum alio majoratu, qui habet idemmet preceptum, seu conditionem.
- 46 Mixtum, cum est simplex, aquæ principaliter, & cum qualitate illa, quod quodlibet eorum occupet primum seu principalem locum, est incompatibile cum alio.
- 47 Conditio portandi talia insignia armorum, vel nomen in primo seu principali loco, idem importat quod conditio portandi sola talia insignia, vel solum tale nomen.
- 48 Mieres opinionem admittit D. D. Joannes à Castillo cum distinctionibus, de quibus nos suprà.
- 49 Antonius Thesaurus, ad quem se remittit Vincen- tius Fusarius, non resolvit questionem de duabus majoribus, cum precepto portandi nomen, & arma, propter perplexitatem quam recognovit; attamen se remittit ad leg. si Titius, ff. de condit. & demonst. & l. ubi repugnancia, de reg. jur.

12 Roxas de Incompatib. in Scientiis.

- 50 L. Titus 16. de conditionib. & demonst. & l.
ubi repugnantia, ff. de reg. jur. interpretan-
tur & num. 51.
- 52 L. si Titius 9. ff. de verbo obligat. loquitur de
perplexitate, seu incompatibilitate resolubili.
- 53 Conditiones portandi nomen, vel arma, sunt hone-
sta, & non impossibilis natura, vel jure, ideo
non sunt rejicienda.
- 54 Condicio ferendi nomen & arma, potest apponi in
majoratu conditio per patres ex Tertio, &
Quinto bonorum.
- 55 Et limitatur, quando propter incompatibilitatem
cum alio majoratu ad alios transfere debuisset
majoratus ex Tertio, & Quinto; quia tunc
rejicienda est talis conditio, & pro non apposi-
ta habetur, & n. 57.
- 56 Tertium bonorum est de legitima filiorum, ideo
in eorum prajudicium rejicienda est conditio
ferendi nomen & arma sola, etiam si potesta-
tiva, & n. 57. & 58.
- 59 Majoratus ex Tertio, & Quinto bonorum, est in-
dividuus: ideo idem judicandum est de Quin-
to, ac de Tertio.

fuissent adversati, disponenti, ut qui dixerit se Fi-
lium Dei, morte moriatur.

Ex hac Gloss. in summa, 13. dist. infert Petrus
Rebuff. in cap. extirpanda, §. qui vero, de Prabend.
pag. 386. col. 2. quod perplexitas est quando aliqua
duo se offerunt, & alterum qualecumq; sit adimplen-
do, sequitur, vel impossibilitas, vel contrarietas, aut
aliquid inconveniens. & eam dividit in perplexi-
tatem resolubilem, & non resolubilem: Resolubilis
est, quando eligendo alterum extremum, non sequi-
tur, impossibile, nec contrarietas, sed tantummodo
aliquid inconveniens: non resolubilis est, quando
electo altero extremorum, qualecumque sit, sequi-
tur impossibilitas, vel contrarietas: Bartol. in l. Titius
ff. de condit. institutionum: & tandem advertit ad
pulchram doctrinam; & utilem ad nostrum institu-
tum, quod quando perplexitas non est reducibilis,
in totum, & omnino vitiatur dispositio, dict. l. Titius,
quando vero est reducibilis, licet sequatur aliquod
inconveniens, non vitiatur, sed debet majus incon-
veniens, evitari, & eligi extremum in quo militat
minus inconveniens, cap. duo 12. distinct. Itaque quan-
do versatur perplexitas in duobus Beneficiis incom-
patibilibus residentiam requirentibus, erit reduci-
bilis perplexitas, eligendo residentiam in uno. Et
idem, in duobus Majoratibus incompatibilibus.

Baldus tandem in d. l. si Titius de condit. instit. di-
xit, quod perplexitas est, quoddam ab ipso restatore
in sua dispositione inductum, & quod dicitur con-
ditio perplexitas, quia existentia conditionis quae de-
bet precedere effectum dispositionis, non potest
precedere, & ipse Bald. Bartol. in l. Arethusa, ff. de
stat hominum, ponunt exemplum super illa quæstio-
ne; quid si dixi servo meo: si obviaveris libero, li-
ber esto: & alius dixit servo suo: si obviaveris servo,
liber esto: modò obviant sibi invicem, queritur, quis
liber erit: Quod exemplum etiam refert Episcopus
Duran. in tract. de cond. & mod. impossib. à jure prohib.
part. 3. cap. 10. num. 1. 2. 3. & 4. & à n. 7. usque ad 17.
eruditissimè se habet ad intellectum textus in l. si
quis ita 14. & dict. l. si Titius, ff. de cond. instit. l.
qui quadringenta ff. ad l. Falcidiam.

Item declaratur hæc vox per aliam, scilicet, con-
traria, sive contrarietas, ut in l. rogo 21. vers. quid enim,
ff. de fideicommiss. libert. l. 2. in princ. vers. contrarium
ei est, ff. quando appelland. sit. ubi etiam Gloss. verb.
excludit. Aristoteles 2. Topicorum cap. 21. ubi dixit,
quod impossibile est contraria eidem inesse: ideo de
hac contrarietate, tanquam de incompatibilitate
ac inter se repugnantibus agunt Papinian. in l. Titie
centum, ff. de cond. & demonst. & in l. si filius 30. ff. ea-
dem, Ulpianus in l. 3. in fin. ff. de bon. poss. contra tab.
Modestinus in leg. nihil interest 12. in princ. ff. de
inoff. testam. l. Mutius 30. ff. pro Socio: l. in eum, qui
duobus, ff. de adquir. hered. cap. Beatus 22. quæst. 2. cap.
solicitudinem, appell. Et aliis quamplurimis, Juri-
bus, quæ referuntur in cap. hujus prima partis. Ad
hocque est, quod dixit Bald. in leg. incerti n. 8. de in-
terd. & in l. fin. n. 43. C. de edict. Adrian. quod omnia
incompatibilia, quodammodo sunt contraria D.
Molina, lib. 2. cap. 14. n. 27.

Item Contradictorium, quia contradicitorium con-
tradictionem ex diametro dicit: prout tenent Diale-
ctici cum agunt de Conrradicoriis, quæ simul de
eodem non possunt concurrere tanquam simul vera,
& simul falsa: l. si is qui ducenta, §. utrum ff. de reb.
dub. ubi Legistæ, l. illud ff. de adquir. hered. cap. Ho-
spitiolum, 31. distinctione, cum Gloss. cap. postquam, de
electione. Stephan. de Federicis de interpretatione Ju-
ris, part. 1. num. 104. vers. ut Contradictria. Petrus
Andreas



O X ista Incompatibilitas, significatur, ac exponitur per alios terminos, sive signa ad placitum, hujus propositionis simplicis constituti-
va; nam aliter dicitur Repugnantia: de cuius termino usus est Jurisconsultus Celsus in l. ubi repugnantia 148. ff. de regul. jur. Stephan. Federicus in tractatu de interpretatione Juris part. 1. num. 104. vers. quinto. Ut repugnantia actionis furti, cum actione mandati ad eandem rem: l. 1. C. defurtis l. si Pupillus, §. institutoria, ff. de inst. actione.

Item perplexitas, ita African. in l. qui quadringenta
habebat 88. ibi: Dixi ex perplexis hanc questionem esse,
ff. ad leg. Falcid. l. si Titius 16. cum glos. verb. inutil-
lem vers. invicem ergo propter perplexitatem verbo-
rum se impediunt, &c. ff. de cond. institut. & glos. verb.
Judicium, in l. si Titius, ff. de verb. obligationibus cap.
literas 13. §. Porro de restitutione spoliator. ibi: Sicque
difficultas occurreret quasi perplexa; quia propter sen-
tentiam oporteret eam reddere debitum, & propter
conscientiam reddere non deberet. Glos. in summa ad
13. dist. ubi exemplificat de Judæis, qui erant in per-
plexitate circa mortem Domini nostri Jesu Christi,
nam illum morti tradendo peccabant, occidendo
innocentem; & si morti non tradidissent, eorum legi

Pars I. Caput I.

I 3

Andr. Gam. in Dial. legali, lib. 2. c. 17. de loco, à Contrad.

11 Item Oppositum, quia opposita in uno & eodem adesse non possunt, l. sed et si 6. §. 2. ff. de hæred. in inst. l. si Ancillam 4. vers. sin. vero, & ibi glos. verb. pro suo, id est bona, & mala fide, cum sint opposita: f. pro suo.

12 Item impossibilitas, ut deducitur ex textu in l. si Mæria 45. ff. de hæred. inst. l. 1. l. conditiones 9. l. conditiones 14. l. filius 15. l. si Titius 16. ff. de cond. inst. l. 1. §. sub impossibili, l. impossibilis 7. l. stipulator 35. ff. de verb. oblig. l. impossibilium. ff. de reg. jur. §. si impossibilis inst. de inutil. stipul. & similibus aliis juribus.

13 Item incompatibilis, quo termino utitur Bart. in l. 1. n. C. de Præpos. agentium in rebus, lib. 10. dum ita dicit: Secundò nota ex hoc textu quod duo officia quis simul subire non potest, ut hic, & supra cit. 2. hac parte, ff. de adopt. l. si consul. & hoc est verum quando sunt ita incompatibilia, ut utriusque quis deservire non possit; secus si ad invicem se compatiantur, & quis deservire possit utriusque, ut dixi supra proximo tit. l. comperimus. Hæc Bartolus.

14 Item Averio, vox equidem propria ad significandum contrarietatem quam naturaliter inter se habent alios cum alio: Græcè autem dicitur antipathia, id est contraria passio, seu discordia, quia componitur ex anti, quod est contra & pathia, quod est passio. Unde Antiperistasis interpretatur contrarietas à natura: ideo Ambros. Calepinus verb. Antipathia, dicit quod est naturalis repugnantia, & ad verbum sonat contra passionem, cui opponitur sympathia, quæ mutuam quandam rerum inter se cognitionem significat: est igitur antipathia inter ea, quæ veluti naturali quodā odio inter se dissident: ut Brassica vulgari nostro Hispano, Verga, antipathiam habet cum vite; & è contra Ostrea, & Concha sympathiam habent cum Luna, quod plenilunio plenæ sint, & decrescente Luna decrescant: & inter animalia, felis & mus, antipathiam habent: & sic de aliis, sicut inter aves & pisces.

15 De hac nostra voce Incompatibilitas, videndus Doctor Alph. Oxeda de Mendoza de Benefiorum incompatibiliter, p. 1. in prefat. n. 8. ubi dixit quod non fuit in usu apud Authores Latinos, sed quod fuit inventa à Juris Pontificij professoribus. At id perquirere, aut indagare utrum fuerit à Jurisconsultis cognita, necesse non est, cum tantum sit quæstio de nomine.

16 In sequendo tamen Jurisconsult. morem, qui in l. 1. ff. de furtis, & in l. 1. in princ. vers. pactum. ff. de pactis: l. 1. Senatus 35. §. 1. ff. de don. caus. mort. l. 1. ff. de injuriis. l. 1. ff. de just. & jur. l. 1. ff. de acq. poss. l. 2. §. appell. ff. de rebus credit. l. 1. ff. de novat. l. 3. ff. de daño infecto: §. servi, Inst. de jure personarum, §. 1. de Interdict. §. 1. de test. & aliis; magnā curam adhibuerunt in investiganda nominū etymologia, quæ rei de qua agitur, proprietate ostendit; Heringius de fidejussoribus, c. 2. n. 7. quidquid contrarium dicat Sarmiento, l. 7. selectarum, c. 7. Etenim cujusque rei intelligentia in verborum proprietatis cognitione consistit, ut tenent Marc. Varro de Lingua Latina. D. Ifidior. de etymologiis, Balduinus in tr. de pignorib. c. 1. D. Paulus 1. ad Corinth. c. 14. ibi: Si ne sciero virtutem vocis, ero ei, cui loquar, barbarus, & qui loquitur mihi, barbarus, ad notandum est, quod vox hæc Incompatibilitas derivatur, & componitur ex dictione in. & adjectivo nomine, compactus, vel, compactilis, & compactile; per cosa ayuntab' e con ora, & sic incompatibilitas idem est, ac non incompatibilitas, seu non compatibile, aut si ita dicam res, que non compactilis est, vulgo, cosa que no es ayuntable con ora: nam dictio in, quando reperitur composita, negationem, seu privationem significat, sicuti intestatus, id est non testatus, inspiens, id est non sapiens, cap. 5. de consuet. Ubi etiam notat & docet Panorm. n. 4. Genedo fin. Roxas de Incompatibilitate.

gul. 17. n. 1. vers. quando tamen reperitur composita, &c. Menoch. lib. 4. præsumpt. 1. n. 3. Ferret. in constit. Ca thalonia glos. 1. n. 27. & eos allegans August. Barbos. dict. 152. n. 20. Nomen vero adjectivum, compactus, a, 17 um, est quidem participium ex verbo compingo, is, quod in nostro idiomate significat componer.

Hactenus de voce ac diversis terminis, & etymologia nominis; nunc autem explicemus ejus essentiam, hoc est diffiniamus quid sit incompatibilitas, cum diffinitio sit oratio explicans naturam rei, secundum Arist. 1. Topicor. post. c. 10. Christophor. Hegendorphinus de diffinitionibus, tom. 1. n. 1. ubi ex Cicero dicit, quod definitio est oratio, quæ id, quod definitur, explicat quid sit: de cuius partibus latè Pichardus in disp. de Mora, n. 24. cum seq. Alphonsus Ozeda de Mendoza de Benefiorum incompatibilitate, dict. p. 1. in prefat. n. 8. & 9. dixit quod incompatibilitas nihil aliud est, quam concursus rerum, quæ commodè stare simul non possunt: & quantum attinet ad suum institutum, quod incompatibilitas, est in una persona Beneficiorum Ecclesiasticorum concursus à jure ex causa reprobatus.

Cui diffinitioni videtur mihi (salva pace tanti vivi) non assentiendum, cum incompatibilitas non sit concursus reprobatus, sed ipsa reprobatio, & quæ non patitur concutsum, imò in tantum est, & repugnans, ac resistens, quod solum tendit est, & repugnam, ac resistens, quod solum tendit cohibere concutsum: quapropter alia quidem oratione rem explicante, dicendum censeo, quod.

Incompatibilitas est, sive à natura, sive à dispositione juris, vel hominis excitata quedam prohibitio cujuscumque repugnantis eodem tempore, & apud subjectum idem, atque reprobati concursus.

Constat hæc definitio ut debet, secundum Bart. in l. 25 1. ff. de test. Pichard. in disp. de Mora, n. 26. ex genere, & differentia, & ex aliis regibus, quas affert Christophor. Hegendorphinus de diffin. to. 1. n. 2. n. 1. prohibitio excitata sive à natura, sive à dispositione Juris, vel hominis, habet vim generis, cum prohibitio sit nomen generale analogum, atq; commune cuicunque prohibitioni legis, naturalis, Divinæ, & humanæ, ac testatoris, & contrahentium; quia prohibitio legis, testatoris, & contrahendum, æquiparantur quantum ad modum significandi, ut docet Bald in Lea lege 1. 4. vers. 3. oppono, &c. C. de conduct. ob caus. datorum: & idem est prohibere, quod amovere. l. 4. §. si Praetor. ubi notat Bartol. ff. de suspect. tutor. vel quod non consentire, l. qui vas §. vetare, ubi etiam Bart. ff. de furt.

Cætera nostræ diffinitionis verba, & particulæ habent vim differentiae: quia omnis unio, & concursus censetur permisus, nisi solummodo ille qui reperiatur prohibitus, vel reprobatus à natura, vel à lege Divina, aut humana, vel à dispositione hominis ex generali regula, quæ vult quod quæ per legem non inveniuntur prohibita, permissa censeantur: l. necnon 18. in princ. vers. sed si lex non prohibeat, & §. quod eis: cum glos. verb. prohibeat, ff. ex quibus caus. majores, l. mutus 43. §. 1. ff. de procur. l. ab ea, §. 5. ff. de probat. l. 1. §. de testib. l. statua 6. C. de relig. & sump. funer. c. 1. de translat. Pralat. ubi Glos. verb. non invenitur c. rupèr 19. vers. in 2. cap. illorum 32. vers. 1. de sent. excom. 1. 2. tit. 14. pœnit. 3. & D. Greg. Lop. verb. sobre tales Ruegos, l. 8. in princ. tit. 16. ead. partit. 2. Jacob Menoch. de pref. lib. 6. præf. 16. per tot. Steph. Grat. tom. 5. c. 870. n. 36. quibus & aliis illustrat hanc regulam Aug. Barbos. verb. prohibitum 6. Axiom. 193. n. 7. Gabr. Alvar. à Velasco, Axiom. & loc. communi Juris, lit. P. verb. prohibita, n. 206. & antea lit. C. verb. Concessum, n. 100.

B

E

14 Roxas de Incompatibilit. in Scientiis.

- ²² Et quod in specie, & materia concursus procedat hæc regula, probant Glos. verb. emendari, vers. Sed cumulatio sic, &c. in l. edita, C. de edend. Dynus in cap. nullus pluribus 20. de reg. jur. Bart. magistraliter in d. l. edita n. 14. vers. videndum est ergo, utrum cumulatio sit permissa, C. de edendo. Craveta cons. 14. n. 1. vers. primo: ex regula Juris generali, quod omnis cumulatio censetur permissa, quæ expressè prohibita non reperitur, &c. Menoch. ubi suprà dict. lib. 6. presumt. 16. num. fin.
- ²³ Cum itaque incompatibilitas, secundum nostram diffinitionem, sit omnis prohibitio repugnantis atque reprobati concursus, sequitur quod licet incompatibilia sint idem quod contraria, non sunt intelligenda de omnibus quibuscumque contrariis, sed tantum de iis, quæ sint contraria privativæ.
- ²⁴ Quia contraria sunt in dupli differentia: alia sunt privativæ, alia positivæ. Contraria privativæ non admittunt mixtum: quia privatio, cum formaliter sit nihil, exclusit qualemcumque habitum contrarium tanquam negatio, quæ destruit omne quod sibi obstat. l. hac verba 124. ff. de verb. signif. in illis verbis: *Veluti cum dicimus; aut dies, aut nox est, quorum possumus altero, necesse est tolli alterum, item sublato altero ponimus alterum,* &c. Marc. Ant. Natta cons. 469. n. 13. & 14. Franc. Bursatus cons. 319. n. 5. lib. 3. Polydor. Ripa in tract. de nocturno tempore, cap. 3. n. 54. & 55.
- ²⁵ Contraria positivæ mixturam admittunt, veluti quando concurrunt album, & nigrum, ex quibus fit medium illud sive mixtum, scilicet croceus color, & quando se immiscent dulce, & amarum, unde resultat acre, & callidum, & frigidum, ex quibus conponitur tepidum: & tunc decimus quod ex duobus contrariis fit medium, sive optimum temperamentum, l. sed hac 13. cum glos. 1. ff. de procur. l. si servos 25. cum glos. fin. in fin. ff. de pignor. act. l. Gallat. §. ille casus, in fin. ff. de liber. & posthum. Glos. verbo avarissimum, in l. solent. 6. ff. d. offic. Proconsul.
- ²⁶ At majorem autem declarationem referre etiam non erit inutile aliam divisionem de Contrariis, quam docet Pater Melchior de la Cerda è Societate Jesu, in campo eloquentia, vol. 2. cap. de Contrario, fol. mihi 5. Contraria, inquit, sunt, quæ non possunt eidem rei simul eademque ratione convenire, ut sapientia, & stultitia: quorum species quatuor sunt adversa, privantia, relata, negantia.
- ²⁷ Adversa sunt, quæ sub eodem genere comprehensa plurimum inter se differunt, ut sub habitu animi, virtus & vitium: & sub colore, candor & nigror; & sub perturbatione, amor & odium, &c. Et comprobatur ex autoritate Ciceronis pro Roscio, in illis verbis: quem hominem? levem? imo gravissimum: nobilem? imo constantissimum: familiarem? imo alienissimum, &c.
- ²⁸ Privantia sunt, quæ privationem, habitumque rei significant: Ut dies, nox, lux, tenebrae; divitiae, paupertas; sobrietas, ebrietas; aspectus, cæcitas; Mors, & vita; & omne illud cuius positio sit destructio alterius.
- ²⁹ Relata sunt, quorum unum ad alterum refertur, ut Pater, filius: Dominus, servus: Praeceptor, discipulus: cliens, Patronus: miles, Imperator: dare, accipere, &c. Nam licet ad ea quæ sunt Juris, sit idem Pater & filius l. fin. C. de impuber. & aliis substit. tamen ad ea quæ sunt facti, non sunt idem, Pater & filius: Cum se referant tanquam diversa, sive contraria: Glos. margin. verb. esse persona, in d. l. fin. C. de impub. & aliis substit. ubi Jason, n. 3. per l. cum hæredes, in princ. ff. de adquir. posseß.
- ³⁰ Negantia, vulgo dicta contradicentia, sunt quorum

unum ait, alterum negat; ut orator, non orator; docet, non docet, &c. Nos vero ea dicimus negativa, seu contraria per negationem, l. 1. ff. de vino trit. oleo que legato, &c. sunt talis naturæ, quod non habent medium aliquod, quia extra affirmativam, & negativam nihil est, seu esse potest, ut si lex unum jubeat, aliud prohibeat; unde si lex jubet pacta esse servanda, videtur negare quod pacta non sunt servanda: Secus si permittat, putat lex permittit ludere, vel usuras accipere; non tamen videtur negare non ludere, vel usuras non accipere; ejusmodi sunt naturæ repugnatio: Steph. de Federic. de interpr. jur. part. 1. n. 109.

Tandem animadvertisit P. Melchior de la Cerda, esse contraria dupliciter: alia inter quæ nihil est, ut pax, & Bellum; virtus & vitium alia quibus medium interpositum, ut album & nigrum; pallidum rufum; flavum rubrum, viride, & aliis coloribus affecta. Sunt etiam contraria, alia simplicia, alia mixta, de quorum differentia tractat doctissimè Polydor. Ripa de nocturno tempore, c. 4. ubi copiosè agit mixtum, an & quando sub simplicibus comprehendatur in testamentis, in legatis, in contractibus, in mandato, in compromiso, in sententia, in judiciis, in jure communi, in statutis, in consuetudine, in usibus feudorum, in Beneficiis, in rescriptis, in privilegiis, in favoralibus, in odiosis, in coenalibus, in correctoriis, in exorbitantibus, in respicientibus præjudicium Tertiæ, ad intelligentiam text. in l. hac verba 124. ff. de verb. signif. l. 3. §. filius, inter medias, ff. de lib. & posthum. l. si ita facta, l. si ita scriptum 13. ff. de injusto, rupt. l. Titia textores, ff. de leg. 1. l. legat uxori, ff. de leg. 2. & aliis Jurib. Ad quæ si casus se offerat potes recurrere, & ad D. Molinam de primog. lib. 2. cap. 14. à n. 33. D. Joan. à Castillo lib. 4. c. 15. à n. 35. usque ad 47. & tom. 5. c. 89. à n. 160. usque ad 185. & c. 134. à n. Joan. Bapt. de Latrea tom. 1. disp. 50.

At vero Steph. de Feder. sèpè sèpias est citatus in tr. de interpr. Juris Magnarum tractatum vol. 1. p. I. à n. 103. vers. decimum sextum argumentum est, à contrariis, quæ medio carent, cum lex unum ex contrariis permittit, videtur aliud contrarium in eo in quo sunt contraria denegare, & è contra; sicut si quis dicat esse diem, negat esse noctem; si lex jubet fidem esse servandam, prohibet perfidiam committi, &c. Docet quod duo invicem possunt dici contraria multipliciter.

Primo ut disparata, quia sunt diversæ speciei, puta, Testamentum & Codicillus, l. si dem, C. de Codicillis. Et sic est emptio, & locatio: l. 1. in fin. ff. locat. Et super hoc Steph. de Feder. n. 105. advertit, quod quæcum in eodem subiecto concurrere non possunt, d. l. si idem, & d. l. 1. tamen si lex de uno disponat affirmativè, vel negativè, de alio nihil videtur disposita, quia ex separatis non fit illatio: l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de adquir. posseß. l. Papinian. exuli, ff. de minoribus; & quod in privatis quoque eadem regula est: quod licet in eodem concurrere non possint, tamen uno prohibito, non videtur aliud concessum, nec è contrario; imò privatio præsupponit habitum: l. Deum, ff. de verb. oblig. l. manumissiones, ff. de just. & jur., & propter patrem potentiam, cui conceditur unum, videtur concedi & reliquum: l. ejus est nolle, ff. de reg. jur. l. qui condemnare, ff. de re judic. l. nemo qui condemnare, de reg. jur.

Secundo dicuntur contraria invicem privativa, pura, obligatio, & liberatio; Servitus, & manumissio; datio, & ademptio.

Tertio, ut directò contraria, ut dies, & nox; fides, & perfidia: l. hac verba 124. ff. de verb. signif.

Quarto, ut negativa opposita, ut album, & non albū, novum, & non novum: l. ff. de vino, tria. oleo; legato.

Quinto,

Quinto, repugnantia, & contraria; ut actio furti, & actio mandati ad eandem rem: l. r.C. de furtis. & ibi notata: l. si Pupillus, §. institutoria, ff. de institutoria act.

36 Sexto, ut contradictoria, ut putas, omnis contractus est conventio: aliquis contractus non est conventio: de quo per DD. in l. si is qui ducenta, §. utrum ff. de reb. dub. Sed ea reducit ad contraria medio carentia, & contraria medium habentia. Contraria medio carentia dicit, quæ Jurisconsulti appellant disjuncta, & hanc habent naturam, ut uno posito, aliud tollatur: & altero sublatum, alterum intelligatur esse positum, d.l.hæc verba. Ut si dies est, ergo nox non est, & è contrario.

Contraria medium habentium, apud Jurisconsultos sub disjuncta appellantur, & sic se habent, ut uno posito alterum intelligatur esse sublatum, ut si nigrum est ergo album non est; sed non è contra: nam si unum negatur, non tamen videtur alterum affirmari: d.l.hæc verba. Non enim sequitur: Si album non est, ergo nigrum est. Itaque dum declaratur rem theam non esse, non ideo declaratur tuam esse, quia potest esse alterius: l. si inter me & te, 15. ff. de except. rei judicatæ.

37 Dicendum tandem est, quod ad incompatibilia, de quibus agimus, non pertinent contraria, quæ admittunt concursum aliquem, medium, vel mixtum; sed ea solummodo, quæ sunt contraria medio carentia, repugnantia inter se, sive negativè, aut privativè contraria; quia ea, quæ sunt incompatibilia tanquam contraria privativè, aut negativè se excludunt in concursu: Ideo de his contrariis dicunt Dialetici, & ex nostris, Tiraq. de leg. connubialib. in l. 9. glos. i. p. 9. n. 141. quod contraria sese invicem non patiuntur in eodem subjecto, & ad positionem unius sequitur remotio alterius; per text. in l. sed et si, §. item si plures: ubi glos. & DD. de institutoria actione, l. Pomponius §. sed et si is, in fin. ff. de procur. d. l. hæc verba, ff. de verb. sign. l. si inter. me & te. ff. de exception. rei judic. l. si ancillam, ff. pro suo, l. non codicillum, C. de test. l. 1. C. de furt. Et allegat illum Horarii Versum:

Stulti dum vitant vicia, in contraria currunt.

Et Bald. in l. 1. vers. Octavo quæro: C. si servus extero se emi mandaverit, dat regulam ad cognoscendam hanc Contrariorum speciem, dicens, quod contraria sunt, quorum finis est contrarius, & incompatibilis.

38 Cætera, licet contraria sint, erunt diversæ speciei, scilicet diversa, quæ sunt contraria per obliquum, ut lego Titio fundum, si Sehus decedat hinc ad mensem: Item lego Sempronio eundem fundum si Titius venerit Bononiam post mensem. At verè contraria, ut lego fundum Titio, si navis venerit ex Asia hinc ad mensem, & Sempronio lego eundem fundum, si navis non venerit ex Asia hinc ad mensem. Sic ad literam exemplificat Glos. verbo, sed diversis, in l. 3. ff. ut legatorum nomine caveatur.

39 Ex quibus omnibus descendere possumus ad decidendam quæstionem, an unius Majoratus vinculi, aut Patronatus successio apud eundem successorem sit incompatibilis, vel non, cū alio, vel aliis Majoratis, si omnes, & quilibet eorū habeant conditionem ferendi insignia armorum familiæ, notmen, seu cognomen; vel alterius gravaminis præceptum: ad text. in l. ex hoc jure §. fin. ff. de donat. l. facta. §. si vero hominis ff. de Trebell. & alia jura de quibus Menezes de Padilla in rub. de fideic. n. 5. Nam si conditio, aut gravamen de ferendi nomen, cognomen, vel armorū insignia in alterutro Majoratu qui concurrat, non sit appositorum privativè, sive negativè, aut per contrarium medio carens, sed sincerè, sive positivè tanquam diversum, vel contrarium per obliquum, tunc quod eundem successorē concurrere possunt duo, vel plures

Roxas de Incompatibilitate.

Majoratus, in quibus jubeatur ab institutore deferri simpliciter nomen, cognomen, vel arma, cū non sint ex contrariis, quæ medium, vel mixtum non admittunt, prout ex omnibus supradictis satis evidenter apparer. Quod etiam probat, licet non ita satis concludenter, D. Molin. de primog. lib. 2. c. 14. à n. 30. usq; ad 35. Alverado de conject. ment. defuncti, l. 2. c. 1. §. 1. n. 40. vers. an. & quando duo primogenia quis obtinere possit, maximè si eorum conditiones contrarie sint, &c. P. Molina tom. 3. de just. & jur. disp. 615. n. 6. Jo. Franc. de Ponte conf. 4. n. 1. Joan-Bapt. Valenz. Velasq. to. 1. conf. 69. à n. 26. Marta voto 73. n. 9. D. Perez de Lara de vita hominis, c. 13. à n. 35. Ant. Thes. dec. 270. n. 9. Steph. Gratian. tom. 4. c. 645. n. 27. vers. Ideo si contingat concurrere duos Majoratus, in quibus jubeatur simpliciter deferri nomen, & arma uniuscujusq; institutoris &c. D. Io. à Castillo quotid. lib. 5. 2. p. c. 13. 6. n. 77. & 78. Ubi in hanc nostram sententiam sua omni cogitatione, curaque incumbit contra Mierez de Majorat. p. 2. q. 4. il. at. 8 ex n. 79. & ad respondendum ad ejus fundamenta cum D. Molina ubi proxime, ex professo dat operam, magnamque diligentiam adhibet? attamen non tam concludenter, prout ex nostra distinctione: & ex supra relatis in hoc cap. super diffinitione incompatibilitatis breviter respondere, ac cum convincere potes. Idem tenet etiam D. Cast. d. l. c. 160. n. 7. &c. 180. n. 18. & 19. Additionatores ad D. Molinam dict. l. 2. c. 14. super n. 26. Escobar de puritate sanguinis, part. 1. q. 4. §. 7. à n. 128. usque ad n. 131. per l. si ita scriptum 13. in princ. ff. de liber. & posthum. Ubi sub simplicibus mixtum continetur; & per doctrinam celebrem traditam per Bald. in l. Titie textores, de leg. 1. vers. Deinde nota quod quando dua qualitates simul concurrunt, quarum quilibet de per se potest operari suum officium; una qualitas non derogat alteri; & hoc est verum in qualitatibus, specificis, &c. quem sequitur ibidem Alex. num. 6. & Jason num. 26.

At vero quando conditio, sive gravamen de cognomine testatoris, vel insignibus familiæ deferendis sit appositum in Majoratibus, vel quolibet eorum, privativè, aut negativè, vel quicmodocunque medio careant, incompatibilis judicati debant: Voluti si absque immixtione jubeat institutor Arma portari, vel solum cognomen, vel sola familiæ suæ insignia, licet præceptum hujusmodi non ita privativè, aut negativè non sit conceptum in quolibet Majoratu, sed in altero eorum, dum in alio simpliciter jubeat institutor deferri nomen, vel arma, cū ex incompatibilitate, quæ exinde resultat, successor non valeat habere medium adimplendi utrumque præceptum, unum. Majoratum debet eligere, & alium dimittere Majoratum ad immediatum alium successorem, qui succedere debeat: D. Molina lib. 2. d. cap. 14. n. 26. & lib. 3. cap. 2. n. 30. Alvarado ubi supra, dict. lib. 2. cap. 2. §. 1. n. 40. Pater Molina tom. 3. disp. 615. n. 5. & 6. Io. Franc. à Ponte conf. 4. n. 1. & 6. Marta voto 73. à n. 9. D. Valenzuela Velasq. tom. 1. conf. 79. à n. 26. D. Joan. à Castillo. lib. 5. cap. 136. n. 77. & c. 160. n. 7. & cap. 180. n. 18.

Et pro coronide referendus est ad literam, Episcopus Urgellensis Paul. Durand. de cond. & mod. imposib. à jure prohib. p. 3. c. 10. n. 18. & 19. his verbis: Quædoq; perplexitas, & repugnantia non provenit ex eodem testamento, sed ex diversis testamentis, & tunc quidem unum contrariorum potest accipi, & alind rejici; quia in eadem persona concurrere non possunt: quoniam secundum Philosophum 2. Topicorum, cap. 2. 1. impossibile est contraria eidem inesse, l. Titie si nupserit, ff. de cond. & demonstr. cuius rei elegans tradit exemplum Molina

de Hispanorum primis lib. 2. cap. 14. n. 26. quando quis succedere debet in duobus Majoratibus, in quorum uno precipitur, quod ejus successor appellari debeat solo cognomine ejusdem familiae absq; mixtura alterius nominis: Et deferre arma ejusdem familiae sola & absq; mixtura aliorum armorum, seu insignium: & in alio precipitur quod debeat deferre nomen & arma ejusdem familiae; quo & solet plures contingere. In qua questione dicendum est, horum Majoratum successorem non posse in utroque succedere, sed necessario unum omittere debere, & alium retinere; cum enim in uno præcipiatur deferri nomen & arma sola, & in alio præcipiatur ferri simpliciter, consequens est ut successor non possit utrumque præceptum adimplere, immo debet necessario in uno eorum desicere, arque unius Majoratus successione carere: Nam cum hoc nominis atque armorum præceptum iustissimum sit. l. facta, §. sub conditione, ff. ad Treball & in nominis atque familiaum conservationem introductum, que ex iniustione plurium nominum, & insignium confunduntur, atque oblationi traduntur, is qui hujusmodi præceptum non servaverit, Majoratus successione privandus erit; & ejus successio in sequentem vocatum transibit; quod in casu, de quo agitur, probatur ex eleganti doctrina Baldi in l. fin. C. dicit. Div. Adrian. tollend. n. 43. ubi inquit: quod excluditur instrumentum, cuius virtute aliquis pretendit bonorum possessionem si ex adverso producatur aliud ex quo utrumque constet esse incompatibile: cuius dictum sequitur ibidem Falon, n. 33. &c.

⁴⁵ Idem dicendum erit etiam si in duobus Majoratibus, quilibet institutor in suo portari Arma principali ad dexteram vel cognomen suum tanquam principale imprimis ferri jubeat; quia utramque præceptum cum idem contineat, quod simul non potest adimpleri, sibi qui directe & adinvicem contrarium & medio carens, tanquam æquè principalia sese impediunt, itaque incompatibilia erunt præcepta hujusmodi, ideo ambo Majoratus concurrere non possunt apud eundem successorem, sed altero electo, aliud remittat necesse est. Quod probatur ex omnibus supra à nobis traditis in hoc capite ad nostra distinctionem.

⁴⁶ Et ex eo, quod utrumque præceptum non potest habere locum in mixto, cum sit simplex æquè principale, & cum qualitate illa in quolibet eorum occupandi primum, seu principale, tunc enim cum in mixto concurrent duo æquè principalia, vel cum qualitatibus incompatibilibus ac contrariis, mixtum non continetur sub simplici, nec dispositio loquens de simplici habet locum in mixto: l. i. §. interdict. ff. de interdict. l. Titia textores 36. in princ. vers. quod si hoc modo esset legatum, ff. de legat. l. ser. vis urbanis 99. §. final. in fin. ff. de legat. 3. §. quedam, Instit. de action. Prosper. Farin. in frag. part. 2. verb. mixtum, n. 257. & 258. D.D. Joan à Castillo lib. 5. c. 134. n. 33. in fin. D. Perez de Lara in compend. Vit. hom. cap. 13 à n. 37. Ubi in facti contingentia refert casum, & item, in qua fuit ita decisum.

⁴⁷ Et licet non ita probet, observat id ipsum in terminis nostræ sententiae D. Joan del Castillo cap. 136. n. 78. prope fin. vers. quando non simpliciter jubeatur deferri nomen & arma, sed omisso verbo, sola, dictum esset, quod nomen & arma primo, & principali loco portarentur, aut quod alterius Majoratus arma, & cognomen inferiori loco trahantur, alterius autem Majoratu clausula id ipsum cautum fuerit, ita quod impossibile videatur unius, & alterius Majoratus arma, primo, & principali loco portare, nec unius dispositionem & præceptum servare, quin alterius præcepto contraveniatur; tunc sanè cum eadem ratio militet, sicut quando

verbum sola adjicitur idem quoque jus observandum esse.

Et tandem resolvit D.D. Joannes à Castillo in dict. n. 78. quod concursus duorum Majoratum non detur, nec admittatur, quando similes aliae clausulae, aut verba in Majoratibus exprimuntur, & quod tunc ad id decidendum fortissime urgent fundamenta omnia tradita à Pelaez de Mieres, 2. part. q. 4. illat. 8. à n. 79. usque ad n. 161. Quam resolutionem libenter amplectimur ex supra à nobis hoc capite cum distinctionibus traditis.

Ab hinc de facilis potes decidere, ac resolvere controversiam illam quam refert Ant. Thesaur. des 270. n. 13. vers. amplia 8. ut quis tali onere non excusat ratione perplexitatis, vel concursus, &c. Et ad eum remissive Vincent. Fusar. de fideicom. substit. q. 447. n. 19. accidisse inter Comitem Chiallant, & D. Alphonsum Rotharium, seu ejus filium D Barcini in Sabaudia: nam cum D. de Bressu instituisset filium ex filia, ita quod deferret ipsius cognomen, & arma simplicia, sine ulla intermixtione, ipse vero Dominus Barcini allegaret se id facere non posse, quia tenebatur referre nomen, & arma familiæ Sancti S. virginis, ex qua per lineam maternam descenderat, & fuerat haeres institutus sub ea conditione, ut arma Sancti Severini sine aliqua immixtione deferret; fuit dubitatum, an Dominus Rotharius, attenta ea perplexitate, haberet bona dicti Domini de Bressu illius Avi, seu probavi Materi, licet ejus arma simplicia non deferret, cum impossibilis conditio rejicienda sit; quod dubium non resolvit, quia causa erat sub lite, & nondum decisa per Senatum: qua de causa dicit Ant. Thesaur. quod id non examinat, attamen se remittit ad ea quæ habentur in l. si Titius 16. ff. de condit. instit. & l. ubi repugnantia, de reg. jur.

Et cum ad hos textus se remittat, inferre possumus eum sensisse de rejicienda conditione portandi cognomen & arma per Dom. de Bressu apposita in institutione: quod videtur probari in dict. l. si Titius, & l. ubi repugnantia, & in l. 1. & in l. conditiones. ff. de condit. institut.

Sed revera per eandem rationem perplexitatis, sed incompatibilitatis, cum non se patiantur apud, eandem successorem, eligere debuit tanquam successor Majoratus inter duos incompatibles, qui apud unummetipsum concurrere non possunt; absque eo quo obstet dict. l. si Titius, nec l. ubi repugnantia, nec alii textus: nam supra traditum est, cum Petro Rebuffo in cap. extirpande §. qui vero, de prebendis. fol. 386. col. 2. & 287. col. 1. ex doctrina Bart. in dict. l. si Titius de condit. instit. quod perplexitas, alia est resolubilis, alia non resolubilis; quod ipsum dicendum est de incompatibilitate. Resolubilis est: quando eligendo unum extremum, non sequitur impossibile, nec contrarietas, sed tantummodo aliquod inconveniens: non resolubilis est, quando electo altero extremorum, qualemcumque sit, sequitur impossibilitas, vel contrarietas: de incompatibilitate non resolubili loquitur textus in dict. leg. si Titius, quia in specie illius legis testator dixit, si Totius haeres erit, Seius haeres esto: Si Seius haeres erit. Totius haeres esto. Non potest verificari in altero, cum sequatur impossibile, nam si Titius sit haeres, alius non potest esse haeres, cum duo insolida non possint esse haeredes. Si Titius non sit haeres, alius non potest esse haeres, quia fuit institutus sub conditione, si Secus esset haeres: ideo in dict. l. Titius; & in dict. l. ubi repugnantia; visitatur dispositio, & neutra valet: & in dict. l. 1. & l. conditiones, rejiciuntur conditions impossibilis de natura, vel de jure.

De perplexitate, sive incompatibilitate resolubili
 52 loquitur textus in l. si *Titius* 9. ff. de verb. oblig. ideo
 non vitiat, nec vitiatur, licet sequatur aliquod inconveniens; & ad evitandum aliud maius eligere debet
 53 extreum, in quo militet minus inconveniens: cap.
 duo 13. distincte igitur cum gravamen, seu conditiones portandi cognomen, & arma, sint honestae, & non impossibilis natura vel jure, sed incompatibilis de facto, ad hoc ut possint concurrere tunc nostra viant, nec vitiantur, nec est rejicienda aliqua earum; sed ad evitandum illud inconveniens, potest successor resolvere perplexitatem, seu incompatibilitatem eligendo extreum, scilicet unum ex duobus, vel tribus majoribus, habentibus illam perplexitatem provenientem ex tali gravamine, seu conditionibus contrariis, sive incompatibilibus.

54 Quod extende etiam in majoratu conditio per ascendentes ex Tertio, & Quinto bonorum, cum gravamine portandi cognomina, vel insignia armorum absque aliorum mixtura, vel sola, vel tanquam principalia, primum locum occupanti: l. cum filius 9. §. Pater. ff. de leg. 2. ibi, cum moriens (licet alios quoque filios suscepere) Sempronio nepoti meo plus tribus in honorem nominis mei. Quia in eo quod est plus quam legitima, hodie scilicet de jure nostro Regio Tertium, & Quintum inter descendentes, Pater potuit apponere omne gravamen, & conditiones quas voluerit l. 27. *Tauri*, leg. 2. tit. 6. lib. 5. Recopil.

55 Hoc quidem intelligendum esse censeo dummodo filius melioratus in Tertio, & Quinto bonorum, per viam Majoratus, vel alius ex descendantibus, si non adimpleverit conditionem, seu præceptum deferendi nomen, vel arma sola, vel absque aliorum immixtione, præferri deberet alius ex descendantibus: Sin vero ex eo quod non adimpleverit ob incompatibilitatem cum alio Majoratu delato cum conditione portandi nomen, vel arma, alius ex Transversalibus, vel extraneus successurus fuerat in uno ex duobus Majoribus ita incompatibilibus, quem alias debuerat cedere eligendo alium, tunc limitanda est nostra resolutio ad hoc, quod in isto casu rejiciatur, & tanquam non opposita debeat haberi dicta conditio; nam licet sit potestativa, cum in potestate ejus sit retinere Majoratum ex Tertio & Quinto institutum, & omittere alium; & conditio potestativa apposita in excessu Legitimæ rejici non debeat, l. 11. tit. 4.

56 part. 9. Attamen cum tertium bonorum respectu Transversalium, & aliorum præter filios, & descendentes legitimos, sit legitima, & respectu aliorum, Tertium Parentes relinquere non possint, prout certum est de jure nostro. And. de Angulo de meliorationibus, in rubr. n. 27. Tell. Fernand. in l. 27. *Tauri* num. 3. DD. Joan. à Castillo lib. 5. cap. 100. n. 1. & 2. Ideo conditio hæc potestativa portandi nomen, & arma sola vel sine intermixtione in tali casu rejicienda est, pro ut rejici debet de legitima filiorum, dict. l. 11. tit. 4. partit. 6. quia non valet præcipi in modum conditionis, quod non potest per viam dispositionis l. Sejus, & Angerius, ff. ad leg. Falcidiam, ubi notant Bart Alex & Paul, & faciunt ad recti comprehendendam aliæ doctrinæ, quæ ad intentum possunt falciri, traditæ ab And. de Angulo de meliorationibus, in dict. l. 11. tit. 6. lib. 5. Recop. glof. 4. a n. 6. usque ad n. 9. Ubi postquam sibi opponit, quod gravamen, seu conditio aposita filio meliorato in Tertio bonorum de non contrahendo Matrimonio cum ignobili muliere aut generis obscuri; aut de non succedendo, in fœmina, Clerico, aut Monacho est potestativa, cum sit in potestate filii meliorati eam adimplere, vel non, & cum non adimpleat videtur renuntiasse vocationi, &

Roxas de Incompatibilitate.

speci successionis, argumento textus in l. recusari, ff. die adquir. hered. Et quod ex eo, non posita sit ad excludendum, sed in genere cessante fraude excludendum aliquem ex descendantibus; ita respondit: adhuc verius videtur conditions non obesse ei, qui secundum ordinem legis non potuit expressè excludi: nec eo prætermisso vinculo posse ad Collaterales, aut extraneos transire, sed illud regis prohibitione comprehendendi, cum stantibus descendantibus nulla ratione tacite, vel expressè possit devenir ad transversalem.

Ergo idem dicendum de conditione portandi cognomen, & arma: Si ex eo quod, non observans conditionem filius, descendens, præferretur in successione Majoratus aliis Transversalis, vel extraneus, vel gravaretur in desistendo à successione hujus, vel alterius incompatibilis cum illo Majoratus.

Idmetipsum dicendum est, et si Majoratus non solum ex Tertio, sed etiam ex Quinto bonorum. Institutus sit, quia non ex duabus unitis, Tertio scilicet, & Quinto, factum fuit unum corpus individuum & ratione unionis, & individui non debet diverso jure censi Tertium bonorum, quam Quintum, & è contra; prout latè resolvit D. D. Joannes à Castillo dicit. lib. 5. cap. 100. per totum.

C A P U T I I .

De Incompatibilitate in scientia Theologiae.

S U M M A R I U M,

1. Incompatibilitas datur in omnisciencia.
2. Incompatibilitas datur in scientia Sacra Theologiae.
3. Natura humana ab ultimo impleta in ratione personæ per substantiam creatam est ab intrinseco incompatibilis cum persona divina personabiliter subsidente quamvis mediet per potentiam absolutam unio Hypostatica.
4. Natura humana cum divina fuit in Christo Domino nostro existens, & non subsistens.
5. Peccatum & gratia formaliter in eodem subjecto sunt incompatibili.
6. Formalis effectus peccati est reddere subjectum actualiter inimicum Deo; Gratia autem est, reddere subjectum Deo gratum & amicum, ideo sunt incompatibilia.
7. Peccatum, & Gratia an opponantur non solum meritorie, sed etiam physicè;
- Peccatum & Gratia utrum de potentia Dei absoluta simul esse possint, ibid.
8. Pater Villalobos in ea est opinione, quod peccatum & Gratia non habeant oppositionem seu incompatibilitatem physicam de sua natura; & referuntur ad litteram ejus fundamenta.
9. Peccatum unum mortale poteris Deus de potentia absoluta dimittere ei qui habeat alia lethalia peccata, non autem de potentia Ordinaria: quia dimittendo peccatum infunditur gratia: ideo est incompatibile, & n. 10.
11. Gratia est incompatibilis cum peccato non solum meritorie, sed etiam physicè ex natura rei: tenent plurimi Doctores, maxime Pater Gabriel Vasquez, cuius fundamenta referuntur ad litteram, cum sint omnia propriè de materia Incompatibilitatis.
12. Textus ex Sancto Joanne, 1. Canonic. cap. 5. explicatur.

18 Roxas de Incompatibilitate in Scientiis.

- catur. Ex D. Paul. & D. Hieronymo, & n. 13.
- 14 Gratiam Dei qui recipit non peccat, nec peccare potest dum perseverat in ea.
- 15 Amor turpis mulierum est incompatibilis cum amore Dei.
- 16 Malitia vel improbitatis egressus operatur ingressum virtutis, cum sint incompatibilia.
- 17 Et de aliis ad eandem incompatibilitatis materiam.
- 18 Lux & tenebra; sicut calidum, & frigidum cum sint incompatibilia, opponuntur.
- 19 Gratia reddit peccatorem ex inimico, amicum Dei, & justificarum, ex S. Concilio Trident.
- 20 Et defenditur ejus decisio ab opinione aliquorum.
- 21 Gratia expellit peccatum, & peccatum gratiam, non tantum meritorie, sed etiam physice.
- Et respondetur ad argumenta contraria, n. 22. 23. 24.
25. & 26.
- 27 Infidelitas ita incompatibilis est cum Gratia, sicut peccatum & Gratia.
- 28 Fides Catholica simpliciter est medium necessarium ad Gratiam, seu successionem Regni Cœlestis.
- 29 Hermenegildus nisi esset fidelis non haberet justificationem, & gratiam ad successionem Regni Cœlestis.
- 30 Incompatibilitas inter gratiam, & peccatum atque infidelitatem, tanquam inter amicum, & inimicum, ad successionem eternam in Regno Cœlesti datur, etiam per eandem rationem ad successionem temporalem in Regno terreno.
- 31 Peccatum, & gratia sicuti non solum sunt incompatibilia meritorie sed etiam physice ad successionem Regni seu Majoratus Divini, ita de jure nostro Civili, & Regio incompatibilia sunt Odium, inimicitia, infidelitas, utl ingratitudo cum gratia seu voluntate institutoris ad succendum in majoratu, cum non solum opponantur meritorie, sed etiam physice.
- 32 Peccatum & gratia ad hoc ut sint incompatibilia meritorie & physice, requiritur, quod peccatum sit lethale, nec sufficit veniale, quod est compatile cum gratia.
- 33 Odium, inimicitia, vel infidelitas, ad hoc ut sit incompatibilis cum voluntate institutoris Majoratus, necesse est, quod sit gravis, nec sufficit levis.
- 34 Odium, inimicitia, seu offensa, qua sit gravis, & qua vero levis, relinquitur arbitrio Judicis.
- 35 Iudex ad arbitrandum qua sit gravis offensa, seu inimicitia, debet id arbitrium regulare per questionem status, capitum, honoris, aut omnium, vel majoris partis honorum.
- Et ponuntur pro regula, n. 36.
- 37 Odium, inimicitia, seu gravis offensa excludit successorem à Regni successione.
- 38 Odium, inimicitia, seu gravis offensa excludit successorem à successione majoratus.
- 39 Offensa, ingratitudo, vel inimicitia gravis, ad hoc ut excludat successorem, requiritur quod facta sit ipsi testatori, seu institutori Regni, vel Majoratus, non autem sufficit quod sit facta successori possessori, seu gravato, nisi à principio Regnum, vel Majoratus ea lege sit institutus.
- 40 Offensa in injurya gravis tunc excludit successorem, quanta facta fuit institutori Regni, vel Majoratus, qui deferatur jure sanguinis: non autem si descendit ex lege, vel consuetudine, vel deferriri debet jure hereditario, tunc namque licet offensa non sit facta primo institutori, sed adversus quemlibet ultimum possessorem, erit incompatibilis.
- 41 Homicidium de illo ultimo Majoratus possessore commissum per illum, qui immediate successurus erat, privat homicidiam à successione Majoratus.

- 42 Ingratus, vel inobedientis Patri, vel possessori Majoratus, si per specialem dispositionem cautum est in institutione, privatur ejus successione.
- 43 Inimicitia cum institutore Majoratus si interveniat post vocationem successoris, à successione Majoratus excluditur, etiam si post inimicitias fecerit Codicillos, & in eis non revocaverit.
- 44 Inimicitia vel offensa gravis si fuerit orta ante institutionem Majoratus, si non superveniat specialis, sed generalis vocatio, privatur à successione is, qui generaliter erat vocatus.
- 45 Facultatem qui habet liberam eligendi seu nominandi successorem in Majoratu non potest eligere odiosum institutori, vel inimicum, vel ejus grave offensorem.
- 46 Odiosus ex gravi injuria institutori, veluti si ejus uxor eo inscio adulterium cum illo committat, vel vidua luxuriosa vivat, amittit facultatem & potestatem eligendi ei commissam.
- 47 Odiosus Principi, qui concessit facultatem instituendi majoratum in aliquo, privatur successione Majoratus cum tali facultate instituti.
- 48 Inimicitia gravis, vel odium cum institutore privat successorem successione majoratus, etiam si proveniat inimicitia ex facto, vel culpa ipsius institutoris.
- 49 Inimicitia gravis inter institutorem ejus concium, & fideicommissarium, privat eum à successione, etiam si habuerit tempus revocandi, feceritque Codicillum, neque in eo fideicommissum seu vocationem revocaverit.
- 50 Inimicitia gravis cum institutore privat successorem, etiam si institutor confessus & contritus deceperit remittendo quamlibet injuriam, & offensam, quia intelligitur quoad Deum.
- 51 Injuria gravis facta filio institutoris, vel ejus descenditibus, privat successorem, sicut si fuisset facta Patri; qui non est personalis, sed realis ac linealis.
- 52 Inimicus Patri presumitur inimicus filio, etiam Patre mortuo; & usque ad quem gradum extendantur. Et redditur ratio, n. 53. Et respondetur ad oppositiones contrarias, n. 54.
- 53 Infidelitas, delictum Patris nocet filiis in feudibus.
- 56 Paena debet tenere suos Autores, & quod ideo sit personalis. Limitatur in offensore Patris, vel filii, cum tunc censi debeat realis, & linealis, n. 57. & 58.
- 59 Exclusio à successione per contraventionem, est distincta ad exclusione per odium vel offensam.
- 60 Offensa per Patrem facta, licet si ante nativitatem filiorum seu descendantium offensoris, privat eos successione.
- 61 Offensa facta antequam sint concepti filii offensoris differt ab illa facta per Hereticos, quorum filii sint antea concepti: & ratio differentia.
- 62 Offensa facta institutori, vel ejus filiis, privat offensore successionem, etiam si in institutione cautum sit, quod offensa, inimicitia, vel ingratitudo non privet successorem, ne detur occasio delinquendi impune.
- 63 Offensa levis, & non capitalis, & gravis, non privat successione Majoratus.
- 64 Offensa commissa contra ultimum possessorem, cui delata sit successio jure sanguinis, non autem jure hereditario, non privat successione.
- 65 Offensa institutori facta, si ab eo sit remissa tacite, vel expressè, non privat successione.
- 66 Homicidium commissum ab immediato contra ultimum possessorem, si accedit casualiter & ex improviso, sive ob causam non ordinatam ad id, non privat successione.
- 67 Offensa facta ante Majoratus institutionem, si post

cam

Pars I. Caput III.

19

- eam specialiter sit vocatus offensor, non privat eum successione.
- 68 Offensa non privat successione, quando omnes sunt pariter vocati, odiosi, & non odiosi: & vocatio non posset verificari præcisè nisi in odio, vel offensore.
- 69 Offensa, seu ingratitudo non privat successione quando provenit ex causa, que non lèdat personam, famam, vel bona institutoris, sed ingratia, & se reformet, & ad meliorem vitam, & frumentum se reddat.
- 70 Offensa facta institutori non privat successione Majoratus, quando offensor fuit institutus in donatione remuneratoria, & propter merita.
- 71 Offensa non privat successione, quando offensor fuit institutus causa dotis, vel contemplatione matrimonii in Capitulationibus matrimonialibus.
Et dantur rationes limitationis hujus, n. 72.
- 73 Offensa illius, qui fuit institutus contemplatione aliorum non privat eum successione, nisi descendant persona, quorum contemplatione fuit facta institutio.
- 74 Offensa facta institutori non privat successione, quando offensor fuit institutus per viam donationis irrevocabilis, secundum dispositionem l. 17. & 44. Tauri: Et inimicitia supervenientis resultat ex culpa institutoris, & n. 87.
- 75 Offensa, ingratitudo, sive inimicitia excludit à successione Majoratus, aut ipso jure, aut per sententiam declaratoriam.
- 76 Offensa, vel inimicitia, privat successione ipso jure, quando propter eam offensor fuit incapax, & non acquisivit dominium.
- 77 Offensa, vel inimicitia privat successione per sententiam declaratoriam, quando offensor fuit capax, & acquisivit à principio dominium, & tunc vivit pertinent fructus Majoratus ad fiscum.
- 78 Majoratus potest institui aut in testamento, aut in contractu revocabili, vel irrevocabili, & quid inde?
- 79 Majoratus in testamento institutus, si habeat plures vocatos, primus potest esse heres directus, & alii legatarii seu fideicommissarii.
- 80 Majoratus institutus in testamento in quo primò instituatur Petrus tanquam heres ad vitam, & post ejus mortem, Hospital, seu alii; hi succedunt non ut heredes, sed ut fideicommissarii.
- 81 Majoratus instituens in persona filiorum, & institutus in personis, quibus non debetur legitima differunt.
- 82 Offensa per homicidium facta institutori, & facta possessori Majoratus, ad hoc ut excludat à successione differunt.
- 83 Offensa facta per ingratitudinem institutori, vel per occisionem commissa, privat ipso jure.
- 84 Offensa facta Majoratus successori per occisionem, vel ingratitudinem, non privat ipso jure, sed requiritur sententia declaratoria, & tunc applicatur fisco per tempus vita successoris.
- 85 Offensa excludit à successione ipso jure, quando Majoratus non est institutus in successore primo vocato per modum heredis, sed legatarii, seu fideicommissarii.
- 86 Quod intellige quando offensa; seu ingratitudo fuit commissa, vivo testatore.
- 87 Offensa non privat successione ipso jure, sed per sententiam declaratoriam, quando Majoratus est institutus per viam donationis irrevocabilis.
- 88 Legatum seu fideicommissum amittitur ipso jure per ingratitudinem,
- 89 Offensa, vel ingratitudo non privat ipso jure eum, qui fuit institutus ex legitima, nisi propter ingratitudinem, vel offensam fuerit a Pare, vel ascende exclusus, seu exhereditatus.
- 90 Filius est heres necessarius Patri, ideo non privat ipso jure.
- 91 Filius non recipit gratum à testatore, cum filio debeat legitima.
- 92 Offensa non privat ipso jure filium, quamvis Majoratus simul de legitima, & de aliis bonis extra legitimam sit institutus.
- 93 Majoratus est individuus, ejus natura repugnat divisio.
- 94 Offensa non privat ipso jure heredem necessarium, sive voluntarium.
- 95 Offensa privat ipso jure quando filius est institutus extra legitimam per viam legati, vel fideicommissi, vel donationis irrevocabilis, & numer. 96.

ARGUMENTUM.

An incompatibilitas detur in Sacrae Theologia scientia, ubi maximè agitur de Incompatibilitate inter substantiam humanam, & subsistentiam divinam; ad materiam unionis Hypostaticæ: & de incompatibilitate inter gratiam, & peccatum in eodem subjecto; propter inimicitiam peccatoris cum Deo; & exinde utrum successio Majoratus reddatur incompatibilis inimico fundatoris ob injuriam, vel gravem offendam post fundationem ei, vel ejus familiæ factam, vivente ipso, vel mortuo fundatore: & an odium, sive inimicitia censeatur tantum personalis contra offensorem, vel etiam realis contra ejus filios, & descendentes, ad hoc ut Majoratus transeat ad alium alterius gratæ lineæ?

Ncompatibilitas equidem, sive dicta reprobata concursus prohibitio detur in qualibet scientia, quod perspicue demonstrabitur in praesenti hoc Capite, & in aliis Capitibus hujus primæ partis.

Et in primis in Theologia; nam Theologus (ut à sacra omnium scientiarum imperatrice, ac domina Theologia incipiam) si interrogatus, an detur incompatibilitas in sua scientia, ita in materia unionis Hypostaticæ? responsum præbebit: Dato quod subsistitia est ultimum complementum substantiae rediens naturam incommunicabilem; erit incompatibilis in unico subjecto subsistitia humana, & subsistitia divina; ideoque Verbum Divinum naturam humanam existentem, non vero subsistentem ultimo terminatam, & incommunicabilem assumpsit, quia natura humana ultimè impleta in ratione personæ per subsistentiam creatam, est ab intrinseco incompatibilis cum persona Divina personaliter subsistente, quamvis mediet per potentiam absolutam unio Hypostatica. Unde nimis, sua divina scientia ductus, & lege incompatibilitatis instructus afferet, quod in Christo Domino nostro fuit natura humana cum divina existens, & non subsistens, & Verbum divinum non assumpsisse, seu sibi univisse naturam humanam subsistentem, quia ab intrinseco est impossibilis talis unio inter duas naturas subsistentes, & ultimo completas in ratione personæ.

20 Roxas de Incompatibilit. in Scientiis.

5 Attamen aliud in hac scientia Theologus perhibet nobis testimonium quod magis accedit ad nostri textus, & conclusionis materiam, asserens cum Scoto, in 2. dist. 37. quest. unic. & in 4. dist. 16. q. 2. Richardo in 3. disp. 1. art. 1. q. 1. Gabriel in 1. dist. 17. q. 4. art. 3. dub. 3. conclus. 3. & in 3. dist. 23. q. 2. art. 3. dub. 2. & in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. post quintam conclusionem. Bonaventura in dist. 7. 2. part. distinctionis quest. 3. & in 3. dist. 3. 1. art. 1. quest. 1 ad 2. Durando in 1. dist. 17. q. 10. num. 4. & in 3. dist. 31. q. 1. n. 6. Paludano in 3. dist. 28. q. 3. art. 3. Conrado q. 71. art. 4. Petro Alliacensi in 1. q. 9. art. 2. l. t. O Suarez tom. 4. disput. 9. sect. 2. num. 4. & 5. Joan. Medina Cod de pœnitentia, quest. 12. §. Crollariè sequitur, & aliis, quod peccatum & gratia formaliter in eodem subjecto sunt incompatibilia, quia ab intrinseco peccatum per deformitatem, & malitiam mortalem peccaminosam dicit ex natura formalem oppositionem ad gratiam, unde si gratia esset in aliquo subjecto, tribueret illi suum effectum formalem, & si peccatum esset in eodem subjecto, suum effectum formalem etiam tribueret. Effectus formalis peccati est, reddere subjectum actualiter inimicum Deo; effectus formalis gratiae est, redere subjectum Deo gratum & amicum: Isti effectus ex natura sua, & ab intrinseco sunt incompatibles, & contrariantur per naturalem oppositionem formalem; igitur causæ productivæ talium effectuum sunt etiam incompatibles ab intrinseco in eodem subjecto; & per consequens, quod est incompatibile peccatum cum gratia quoad demeritum peccati.

7 Sed vertitur difficultas satis ardua, quæ consistit in hoc; an peccatum & gratia non solum opponantur meritorie, sed etiam physicè; & macula peccati à gratia tanquam à forma contraria physicè debeatur? & utrum de potentia Dei absoluta simul esse possint?

Doctores supra relati pro ea stant negativa sententia, & nonnullis argumentis, exemplis atque rationibus defendunt, gratiam & peccatum incompatibilia esse, & expelli unum ab altero solum demeritorie, atque ex mera Dei constitutione, & accidente ejus favore, & condonatione seu remissione peccati, ac simul admissione gratiae, non autem physicè, atque ex natura rei.

8 Et ex recentioribus (qui maximè pro hac urget sententia) Pater Henriquez à Villalob. in summ. de Theologia morali, & Canonica, tom. 1. tract. 9. difficult. 11. per totam, ubi ex suis fundamentis à n. 6. ita nostro Hispano sermone infert: *De lo dicho se infiere lo primero, que el pecado y la gracia no tienen oposición physica de su naturaleza; porque la gracia tiene identidad real subrenatural, el pecado segun su naturaleza es cosas moral, para que tuvieran oposición avian de estar debajo de un mismo genero. Lo 2. se infiere, que el pecado mortal no echa la gracia de el alma physicamente, que esto no lo puede hacer por ser de distinto arden: mayormente teniendo que Dios cria la gracia (loqual es mas cierto) y asi el solo la hade destruir: y aunque se tenga lo contrario, que la gracia se saca de la potentia de el alma, parece verdadero lo dicho por aquella razon: y en especial corre de el pecado de omission, que no parece como puede tener efficiencia physica: y aunque se diera que la tuviera, y que fuera entidad physica, y de el orden de la gracia (loqual no puede ser) aun un hastara codo esto para que excludeyera physicamente la gracia, porque un acto no hasta para excluir el habito contrario: Y añade: que no save como hombres doctos no echan de ver esto.*

De loqual queda que el pecado excluye la gracia de meritoriamente, esto es que porque el hombre peca, desmerece tener una virtud tan alta como es la gra-

cia, y así se la quita Dios. Lo 3. que la gracia que es causa formal de nuestra justificacion non quita el pecado mortal de el alma de su naturaleza, sino solo por la institucion divina, que lo quiere Dios así y si Dios quisiera de su potentia absoluta, pudieran estar juntamente peccado y gracia en un alma, que bien pudiera Dios conservar la gracia en un hombre que peca mortalmente. Lo 4. se infiere lo que se ha de responder à la dificultad propuesta, y es; que puede Dios muy bien de potentia absoluta perdonar el pecado mortal sin penitencia, ni otra mutacion physica ninguna de parte de el pecador, loqual puede bazer dandole gracia ó por sola su voluntad, si darle habito ninguno, ni otra forma sobrenatural, como puede el Rey perdonar la offensa que se haze contra el, y podra Dios dispensar en el matrimonio, y en el estado de la Religion, sin poner nada en el hombre con quien dispensase, y en estos casos el hombre estaria (moralmente hablando) de otra manera que antes, aunque no physicamente, porque en el primero caso, realmente no quedaria casado, en el segundo no quedaria Frayle, y así se a de dezir en el caso presente que si Dios perdonase la culpa, ya el hombre estaria de otra manera (hablando moralmente) porque nisera pecador enemigo de Dios, para loqual basta esta mutacion real moral, sin mutacion physica ninguna, con loqual queda respondide à el fundamento de la sentencia contraria.

Et in difficultate sequenti, quæ est 12. Pater Henriquez de Villalobos iterum confirmat suam opinionem, quia dum agit an ei Peccator i, qui duobus vel pluribus laborat peccatis mortalibus, possit Deus dimittere unum ex duobus absque alio peccato? E resolvit quod poterit de potentia absoluta, non auctem de potentia ordinaria: & reddit rationem ibi. La razon de esto es llana, porque ningun pecado se perdona sin infusion de gracia y como la gracia no admite con siglo pecado ninguno en el alma, los excluye todos, y así de potentia ordinaria no se perdone uno sin otro.

Et inferius secunda conclusio. Si Deus quisiese de 10 potentia absoluta bien podria perdonar un pecado mortal sin el otro, loqual se infiere claro de lo que queda dicho en la difficultad antes de esta: porque como no es necessaria de potentia de Dios absoluta, la infusion de la gracia para perdonar el pecado, no ay contradiccion en que pordone Dios uno sin otro, como acontece entre los hombres.

At verò alii Theologi tenent contrarium, scilicet 11 partem affirmativam, quam validioribus fundamentis tuentur, & à contrariis liberant impugnationibus, isti sunt, D. Thom. 2. 2. quest. 24. art. 10. ubi etiam Cajetanus: Aureolus, in 1. dist. qu. 1. artic. 2. Caproclus 1. dist. 17. qu. 1. art. 3. Richardus, art. 8. §. occurrit hic. Sotus lib. 2. de Natura, & gratia, cap. 18. & cum aliis magis ex professo Doctissimus P. Gabriel Valsq. disp. 204. maximè à n. 2. cap. 1. 3. 4. 5. 6. & 7. quorum fundamenta cum ad nostrum institutum, & materiam de Incompatibilitate pertineant, non possimus quin referenda sint.

Gratia, sive Justitia, quæ sunt qualitates, sive habitus quidam animæ inhærentes, suapte natura, sine favore, & condonatione aliqua à Deo exhibita, justificat animam, & eam à peccatis mortalibus emundat: itaque si gratia, & justitia nobis inhærens posset esse simul cum peccato, sequeretur gratiam, & justitiam, & sanctitatem non esse veram justitiam, nec veram gratiam, nec veram sanctitatem: sed hoc nemo admittit, ergo neque id ex quo sequitur. Quod autem sequatur, probatur: si gratia, quæ nobis inhæret, sinit secum esse injustitiam: ergo illa se, & ex natura sua non est munditia, candor, & innocentia animi:

animi: nam munditia, & immunditia tanquam incompatibilia, & ex natura sua contraria, nec per potentiam Dei absolutam simul esse possunt: Vera etenim justitia talis esse debet, ut ipsa sit animi munditia, & innocentia vitæ. Quæ enim justitia esset, quæ non sit animi munditia, & innocentia! Aut quis justus, & Sanctus, qui hoc ipso non sit innocens, & immaculatus; ergo gratia est incompatibilis cum peccato non solum meritorie, sed etiam physicè, ex natura rei; cum macula peccati à gratia tanquam à forma contraria physica delectetur.

Secundo sic argumentatur. Si qualitas, seu actus nobis inhærens suaptè natura non constituit nos justos apud Deum, sed accedente Dei favore, & acceptatione, atq; præsente solum illa qualitate, vel actu justificamur, & reddimur sancti; efficitur non inesse nobis veram, & perfectam justitiam, & sanctitatem, sed imperfectam, & inchoatam quod est dogma hæreticorum Buceri & Chemnitii, & aliquorum Catholicorum qui minus cautè in hac re Hæreticis concessisse videntur, prout fuerunt Canonici Colonienses, & Albertus Pighius, de quibus videndus est Pater Gabriel Vasquez dicit. disp. 204. c. 2. a. n. 1.

Et probatur quod in eo casu non esset vera, & perfecta justitia, sed inchoata: quasi solum id quod nobis inhæret ex se, suaptè natura non sufficit ut constituat nos justos, & sanctos apud Deum, sed indiget favore, estimatione, & acceptatione Dei; sit ut quidquid intrinsecè nobis inhæret ex se, & suaptè natura non sit perfecta justitia, ac proinde inchoata sit, & minus sufficiens ad constituendos nos justos, & sanctos coram Deo: nam si ex se perfecta esset ipsa, sine ullo alio intrinseco nos redderet justos, & sanctos apud Deum.

Tertiò, ex eo quod impossibile est imperfectam justitiam compleri favore extrinseco Dei, ut veram habeat rationem justitiae & sanctitatis, sive favor Dei dicatur esse ordinatio nostri in æternam gloriam, sive dicatur amor quo Deus diligit nos: tum quia potest quis esse ordinatus ad vitam æternam, etiam si non sit justus; tum etiam quia Dei essentia ferri nequit in aliquem per modum amoris, in quem alias non ferebatur, aut non ferretur, nisi in ipso fiat mutatio aliqua per talem formam qua constituantur objectum dignum dilectione, & amore hæc autem non potest esse alia præter justitiam, & sanctitatem inhærentem, quoties Deus dicitur nos amare tanquam justos & amicos. Ergo extrinseca ordinatione, & favore Dei, non potest actio seu qualitas nobis inhærens compleri, ut veram rationem justitiae habeat.

Quartò, vera sanctitas, & justitia, qualem adversarii fatentur esse justitiam nobis inhærentem, hoc ipso sanctas vera est suaptè natura sine favore addito, ita reddit animam justam, & sanctam, ac proinde filiam Dei, ut hoc ipso reddat eam hæredem, ac dignam æterna gloria, ac proinde dignam quæ non puniatur æterno suppicio, & privatione gloriæ; peccatum autem, & macula culpæ residua ita reddit animam injustam, & Deo inimicam, ut hoc ipso reddat eam dignam æterno suppicio, & privatione æterna gloriæ atq; hæ duas dignitates ita consequuntur illas duas rationes, nempe sanctitatis peccati, ut neq; per Dei potentiam absolutam impediti queant. Nam quamvis Deus sua potentia absoluta efficere possit, ut homo justus nunquam beetur, nec fruatur æterna gloria, & peccator non puniatur æterno suppicio, quinimò ei detur æterna beatitudinem nullomodo efficere potest ut justus dignus non sit æterna beatitudine; & peccator æterno sup-

picio, & privatione gloriæ, quamdiu talis permanferit, impossibile autem est, etiam secundum potentiam absolutam Dei, aliquem simul esse dignum oppositarum rerum, & multò minus earum, quæ contradictoriè opponuntur, qualia sunt habere vitam æternam, & perpetuo carere illa. Ergo impossibile est etiam secundum potentiam absolutam Dei, aliquem simul habere justitiam, & gratiam inhærentem, atque peccatum: ac proinde sequitur absque illo favore, condonatione accidente, sola ipsa infusione gratiæ, & justitiæ inhærentis, deleri maculam peccati & iniquitatem.

Quintò, quippe fieri non potest, ut qui dignus sit æterna gloria, seu beatitudine, & æterna poena, quæ est ejusdem beatitudinis privatio: hac etiam ratione probatur: nam inde duo contradictoria manifestè consequerentur, nempe ipsum posse Inferno puniri, & non posse: posset enim Deus illi homini perpetuò beatitudinem denegare, imò in Inferno æternis cruciatis ipsum addicere, siquidem eos, qui jam beati sunt clara visione sui ipsius posset etiam privare, nisi verbum suæ fidelitatis, & immutabilis definitionis obstaret: Jam vero si ille, qui simul esset dignus æterna beatitudine, & privatione illius, privaretur beatitudine, verè puniretur, quia pateretur poenam condignam suo peccato. Præterea non puniretur, quia ille, qui patitur malum, & damnum illud, quo carere condigne meretur, aut saltem dignus est qui illad non patiatur, non dicitur verè eo danno, aut malo puniri, quamvis revera patiatur: ergo cum ille simul esset in gratia, ac proinde dignus: qui beatitudine non privaretur, privatione illius non dicereetur puniri, quod est prioris contradictionum.

Sextò, repugnat quidquam simul esse justè adæquatum alicui regulæ, & inadæquatum æqualè, & inæquale: hæc enim duo multò magis opponuntur, quæ contrariæ qualitates: ergo impossibile est eundem hominum simul esse justum & injustum, sanctum & in peccato manere. Nam esse justum & sanctum, nihil aliud est quæ adæquari Deo tanquam summæ regulæ esse autem injustum & in peccato, idem est quod Deo tanquam suæ regulæ non adæquari: Eodem modo arguere possumus ex aliis duobus attributis justitiae, & peccati; nam si quis habet in se justitiam, non potest non esse justus, ac proinde non potest non placere Deo tanquam amicus; qui autem habet peccatum, non potest non displace Deo tanquam adversarius & inimicus. Impossibile autem videtur aliquem re ipsa esse amicum & inimicum, placere Deo amicum, & displace ut inimicum: ergo impossibile est simul habere justitiam & sanctitatem inhærentem, & peccatum.

Septimò, si justitia inhærens suaptè natura ita solum pugnaret cum peccato, ut posset eam secundam potentiam Dei esse simul cum illo, sequeretur non esse duas mutationes invicem connexas, quales sunt generatio unius, & corruptio alterius, sed solum se comitantes, alterati remissionem culpæ alteranti infusionem justitiae inhærentis: Et ita altera mutatione fieret homo de non justo justus, altera fieret de peccatore non peccator, ac proinde dici non posset; hominem de peccatore fieri sanctum, de injusto & inimico impio, fieri justum. Sequeretur etiam formam remissionis peccatorum non esse justitiam, sed favorem, & condonationem Dei: quæ duo videntur absurdia: nimis in justificatione hominis esse duas mutationes non connexa, sed comitantes; Nam ex eo quod censent gratiam justificantem, & peccatum ex natura rei secum non pugnare, sed simul esse posse, docent etiam infusionem gratiæ, & remissionem peccati

cati esse duas mutationes se comitantes, non tamen esse connexas, sicut esse dicuntur, generatio unius, & corruptio alterius, quæ talem generationem consequitur: hæ namque connexæ sunt, & una est causa alterius.

Et ratio est manifesta, nam cùm gratia, & peccatum possint esse simul, sequitur peccatum non expelli à gratia, sicut à forma contraria, sed infusionem gratiæ, & remissionem peccati ita se comitari, ut una non sit causa alterius: verbi gratia, Generatio caloris, & expulsio frigoris, sunt duæ mutationes invicem connexæ, quia calor genitus, est forma expellens frigus, eo quod cum eo esse non possit, & ideo dicimus de frigido fieri calidum, & de frigido transferri in calidum, quia particula, DE terminum à quo tanquam oppositam formam significat.

Tamen liquatio ceræ, & expulsio frigoris, non sunt duæ mutationes ira connexæ licet se invicem comitentur, eo quod formæ, quæ per liquationem acquiritur, non est contraria frigori, nec illud expellit, & ita non dicimus, de frigido fit liquidum, vel de frigido transfertur in liquidum, seu liquatur; sed de frigido sit calidum, & de constipato sit liquidum, seu transfertur in liquidum.

Ergo eodem modo sequeretur scilicet fore duas mutationes comitantes se in vicem, alteram de non justo ad esse justi: alteram de esse peccatoris ad non esse peccatoris, eo quod generatio unius, & corruptio alterius tunc solum sunt duæ mutationes connexæ, quando forma genita proximè expellit formam corruptam: justitia autem non expelleret peccatum si illa Dei voluntas condonantis ad expulsionem illius requireretur.

Tunc enim una forma alteram proximè expellit, & ipsius generatio dicitur corruptio alterius, quando inter ejus introductionem & expulsionem alterius nihil intercedit, nisi negatio influxus Dei conservantis formam illam, ut patet in introductione caloris & expulsione frigoris; si autem intercederet alia actio positiva, vel aliquid morale per modum actionis positivæ, generatio unius non posset esse corruptio alterius, sed essent duæ positivæ actiones & mutationes comitantes se invicem, veluti si inter productionem caloris, & expulsionem frigoris, intercederet alia actio positiva, productio caloris non diceretur, neque esset expulsio frigoris, neque ex frigido fieret calidum.

Cum igitur in sententia contraria, ita infundatur gratia, & remittatur peccatum, ut post infusionem gratiæ non sequatur remissio peccati, sola negatione influxus Dei conservantis illud, vel media aliqua negatione morali instar negationis influxus physicæ, nempe negatione imputationis, quinimò intercedat aliquid morale positivum per modum actionis positivæ, videlicet condonatio Dei, sequitur, infusionem gratiæ non esse remissionem peccatorum, connexam nimicum cum illa, sed condonationem ipsam ad aliquid positivum proxime terminari, & inde proximè quoque consequi desitionem, & non esse peccati.

Porro autem predicta sententia inter infusionem gratiæ, & non esse peccati non intercedere solam negationem influxus Dei conservantis physicæ peccatum, & denominationem illius, vel aliquid morale ejusmodi manifestum est.

Primum quidem, quia Deus physicè non conservat peccatum, & denominationem illius in anima.

Deinde, quia nec est causa illius moralis, moralis modo eam conservans, eo quod non denominatur homo peccator, ex eo quod Deus imputet illi culpam, sed ex natura rei.

Ergo non desinit in peccatore talis denominatio per negationem imputationis, ex eo nimicum quod infusa gratia Deus desinat imputare peccatum, sicut in naturalibus introducto calore desinit Deus frigus conservare; sed potius ex eo quod infusa gratia Deus incipit condonare peccatum, & quasi positiva alia actione media, distincta ab infusione gratiæ illud remittere.

Recte igitur sequitur, infusionem gratiæ, & remissionem peccati, duas esse mutationes se invicem comitantes, minimè connexas; quod est absurdum.

Octavò, nam macula, quæ ex præterita actione peccati in homine manet, & à qua dicitur homo peccator, inimicus Deo, injustus, & maculatus, est privatio nitoris gratiæ, & justitiæ, & præter hanc privationem, in qua consistit ratio maculæ, est aliiquid aliud, à quo homo post actionem peccati dicitur maculatus; injustus, & inimicus Deo, (in quo adversarii convenient) nempe extrinsecam quandam denominationem ex præterita actione nondum retracta, à qua denominatur homo injustus maculatus quovis gehere peccatorum, & inimicus Deo: Nam ex eo quod quis peccavit, & nihil deinde habet contrarium, quod est actionem præteritam retractare, ab ea actione denominatur turpis, injustus, & inimicus Deo, & ratione illius est objectum odii Divini. Nec vero homo dicitur maculatus, vel injustus, & inimicus ex libera voluntate Dei imputanti illis peccatum, sed ex eo quod verè illud commisit, nihil contrarium egit, vel in se habet: Deus enim non potest ita liberè imputare peccatum aliqui, & ipsum constitutum inustum, & maculatum, ut absque alio fundamento sua sola voluntate illud imputet, ipse igitur homo ita se habet opere suo, ut hoc ipso absque alia voluntate Dei seipsum dicatur maculasse, & inustum constituisse, & deinceps etiam voluntas Dei dicatur ipsum odio habere, quia se ipsum eo modo maculavit, ac proinde etiamsi dicatur Deus verè imputare peccatum, quod sine tali fundamento imputare non posset.

Nondò, nam non potest Deus sola voluntate sua conservare in aliqua re denominationem, nisi conservet id, à quo talis denominatio procedit, veluti si fuerit intrinseca denominatio, qualis est alibi, debet conservare albedinem in ipsa re denominata si vero denominatio est extrinseca, debet conservare fundamentum, à quo sumpta est talis denominatio, & si ne illo conservare eam non potest: Nam si vult ut columnæ maneat dextra, conservare debet animal in ea loci positione, ut habeat ipsam à dextris suis. Similiter talem denominationem auferre non potest sua sola voluntate, sed adesse debet sufficiens fundamentum contrariæ denominationis, neque enim potest facere columnam de sinistra dextram, & de dextra sinistram, & de alba nigram, & contra, sola sua voluntate; sed mutato fundamento, aut forma.

Et posita contraria forma, possent à Deo conservari denominations contrariæ, quando potest Deus formas contrarias simul in eodem subjecto conservare. Et hoc quidem videmus in denominationibus provenientibus à formis intrinsecis, quia sua efficacitate Deus potest utramque formam contrariam in subjecto, ac proinde utriusque etiam denominationem simul conservare. Tamen si ipse non potest utramque formam in subjecto simul conservare, vel fundamentum utriusque denominationis, non poterit pro sua voluntate utramque denominationem in eodem simul subjecto etiam conservare.

Porro quia ipse in subjecto formam aliquam virtute, & voluntate sua conservat, ad tollendam de-

nominationem

minationem ejus à tali subiecto præter inductionem alterius formæ contrariae, requiritur etiam voluntas ejus, qua nolit conservare illam, & neget influxum, quo illam conservabat, sicut contingit in formis intrinsecis, nempe calore, & frigore: posset enim Deus non negare talem influxum, & utramque simul conservare. Verum ex eo quod Deus conservaret denominationem frigoris simul cum caloris denominatione, non liceret inferre, calorem non esse sufficientem formam; ad tollendam denominationem frigoris: Nam ex se sufficiens judicaretur, cum suapte natura postularet, ut Deus denegaret influxum suum, quo alteram formam conservabat; & ita sufficiens ex se dicenda esset ad tollendam oppositam denominationem.

At vero quando Deus non potest utramque formam, & fundamentum contrariae denominationis simul conservare, præter inductionem unius non requiritur alia voluntas ad tollendum aliud: verbi gratia: quia fundamenta denominationis dextræ, & sinistre, respectu columnæ non potest Deus simul conservare, idcirco posito fundamento denominationis dextræ non requiritur voluntas alia Dei violentis destruere oppositum: idemque in contradictoriis discordum est, sed sola illa voluntas qua vult Deus ponere unum fundamentum, vult etiam destruere aliud.

Præterea quando Deus non conservat in subiecto, nec extra subiectum fundamentum ejus denominationis inductione contrarii fundamenti, ita tollitur illa denominatio, ut non requiratur alia voluntas Dei præter inductionem contrarii fundamenti, sed ea sola voluntas sufficit, quâ Deus vult inducere contrarium fundamentum.

Ratio vero est manifesta, quia si Deus non conservabat antea fundamenta prioris denominationis, similiter non poterit illud conservare cum fundamento contrario, ac proinde non erit necessaria alia voluntas ad destruendum fundamentum prioris denominationis, & denominationem ipsam præter voluntatem ponendi fundamentum contrariae denominationis. Quod si industrio, aut productio aliquis rei, non sufficit ad tollendum fundamentum prioris denominationis, sed cum denominatione priori manere nullo modo potest, sequitur illud ex se non esse fundamentum sufficiens contrariae denominationis: nam contraria denominatio hoc ipso sine ulla alia voluntate Dei tolleret priorem.

Doctrina hæc nulla ratione negari potest, nec ullo alio exemplo melius illustrabitur, quam eo, de quo nobis est controversia: & quamvis subtilis & metaphysicæ considerationis solum videatur, apprimè tamen, ni fallor, explicat naturam justitiae inhærentis, atque è medio tollit in nostra justificatione omnem rationem condonationis, seu non imputationis, & acceptanceis; totamque emundationem à peccato adscribit justitiae inhærenti tanquam oppositæ formæ sufficiente sine alia Dei voluntate ad emundandam animam à sorde peccati.

Decimò, quia si non implicaret contradictionem gratiam esse simul cum peccato, omnino naturaliter posset esse cum illo, nam foret quod justitia inhærens, cum peccato posse esse sine ullo miraculo, sed omnino naturaliter, si aliquo modo cum illo sine implicazione contradictionis esse posset. Pater, quoniam si solum per miraculum esse posset, ideo esset, quia solum virtute divina posset conservari denominatione peccati cum gratia, & justitia, sicut una forma contraria cum alia: cum tamen alias ex se postularet talem denominationem secum non conservari: Atqui jam ostendimus denominationem peccati non con-

servari à Deo, neque ex ejus voluntate pendere; neque enim, quia Deus conservet peccatum præteritum, aut imputet illud, ideo dicitur homo injustus, sed quia revera ipse homo peccavit: Ergo si justitia inhærens, & peccatum simul esse possent, aliquo modo sequeretur fore ut naturaliter, & sine miraculo esse possent, ac proinde, ut tota causa expellendi peccatum esset voluntas Dei condonantis illud.

Prosequitur altissimè Pater Gabriel Vasquez, dict. 13 tom. 2. disp. 204. per 7. capita, ubi est videndus, ex cuius fundamentis, & resolutionibus venit intelligendus Divus Joan. 1. Canonicar. cap. 3. in illis verbis: *Omnis, qui in eo manet, non peccat.* Et inferius *Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, quia semen Dei (id est justitia) manet in illo, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.* Videlicet quandiu gratia Dei manet in illo.

Quæ intelligentia, pro vera canonizata est per text. in cap. si enim, 40. de pœnit. dist. 2. ubi D. Hieronymus lib. 2. in princip. contradist. Jovinianum Hereticum, ostendit quod auctoritas Joannis 1. Canonic. c. 3. dum dicit: *Omnis qui natus est ex Deo, non peccat:* non ita intelligenda est: quod postquam aliquis receperit gratiam, & habuit charitatem, peccare non possit, si enim sic intelligeretur, jam contradiceret sibi Joannes, qui baptizatus dicebat baptizatis, si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Ergo intelligenda est prædicta auctoritas, qui natus est ex Deo, id est qui recipit gratiam Dei, non peccat, nec peccare potest donec perseverat in ea: alias enim esset dare in eo concursus gratiæ, & peccati, quæ repugnant tanquam verè incompatibilia.

Ideoque in dict. cap. Si enim 40. de pœnit. dist. 2. 14 D. Hieronym. ita se habet: qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. Præterea (inquit) scribo vobis; filioli mei; *Omnis, qui natus ex Deo non peccat, ut non peccatis, & tamdiu sciatis, vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaveritis.* Imo qui in generatione domini perseverant, peccare non possunt. Quæ enim communicatio lucis ad tenebras? Christi ad Belial? quoniam sicut dies, & nox miseri nequeunt, sic justitia, & iniquitas, peccatum, & bona opera, Christus, & Antichristus. Si suscepimus Christum in hospitio nostri peccatoris, illico fugamus Diabolus: si peccaverimus, & per peccati januam ingressus fuerit Diabolus, protinus Christus recedit. Hieronym. autem utens auctoritate magna Div. Pauli 8. ad Corinth. cap. 6. (ut vulgo aiunt) mucronem tribunitium exacuit, quia Paulus ita dicit: Quæ ei participatio justitiae cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christo ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infideli, quis autem consensus Templo Dei cum Idolis.

Prosequitur autem Hieronymus in dict. textu de pœnitentia dist. 2. cap. si enim inferius, colum. 7. his verbis: *Salomon amabilis Domini & cui his Deus fuerat revelatus, qui amator mulierum fuit, à Dei amore discessit.* Ex quo notatur per consequens quod amor turpis mulierum, est incompatibilis cum amore Dei

Comprobatur ex textu etiam ad rem specioso in cap. cum renunciatur, q. 32. quest. 1. ubi ex Ambrosio 16 lib. 2. De Cain, & Abel, cap. 4. ita dicitur: *Dum renunciatur improbitati, statim adsciscitur virtus, egredens enim malitia, virtutis operatur ingressum: eoque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.* Ex nostra etiam vera opinione venit interpretanda, & juxta eam accipienda est glossa unica in dicto cap. cum renunciatur: & jura per Glossam allegata sunt hæc: *Si enim per januam peccati intrat Diabolus, statim Christus recedit.* de pœnit. dist. 2. cap. si enim. Et argue

argue, quod infusionem gratia praeedit remissio peccatorum naturaliter, id est, intellectu, sed tamen tempore simul sum: sic ergo prius definit qui esse vitiosus, quam incipiat esse virtuosus, 13. quest. 4. cap. Quod faciet. Bonus enim, & malus simul aliquis esse non potest, de penitentia dist. 1. §. Sin autem arg. ff. de haered. inst. l. Quoties, §. Si quis ita dixerit. Item potest quis esse in medio statu, quia omnis qui non diligit, odit, ut, de penitentia dist. 2. §. quicumque ab illa originali in fin. Sed objicitur, nonne peccatum dimittitur penitenti; quod si est ita, cum habenti peccatum dimittatur peccatum; ergo penitens est peccator: & ita videtur, quod virtus & vitium simul sunt, vel aliquo tempore intermedio sit quis sine adulterio: quod stare non potest. Laurent. Ego dico omnes quastiones tales esse duplices: isti infunditur gratia, isti dimittuntur peccata. Est enim infusio composita, & simplex; sicut haec est duplex: Lopus egreditur sylvam. Si enim intelligatur de composita egressione, utramque istarum est vera, Lopus egreditur sylvam: Lopus est in Sylva Secus si de simplici egressione. Similiter utraque istarum est vera isti infunditur gratia, isti remittitur peccatum. Similiter dic distinguendum est: hac res prescribitur ante triginta annos, hac res non prescribitur ante triginta annos.

18 Tandem veritas nostræ sententiæ appetet ex alia autoritate D. Pauli ad Colossens. cap. 1. relata à Concil. Trident. sess. 6. cap. 3. ibi Qui dignus non fecit in partem sortis sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transtulitque in regnum filii dilectionis suæ. Et 1. D. Petri cap. 2. ibi: Qui de tenebris nos vocavit in admirabile lumen suum. In quo transitu de uno contrario in aliud denotatur duas esse mutationes connexas, inter quas productio unius contrarii sit causa corruptionis alterius contrarii, sicut re vera potestas tenebrarum & regnum filii Dei, tenebrae, & lumen opponuntur. Quod si termini non essent contrarii, nec mutationes connexæ; non diceretur fieri transitus ex uno in aliud; veluti non dicimus ex frigore aliquid transire in liquidum per liquationem, quia non sunt mutationes connexæ, sed comitantes; sed de frigido transire in calidum per calefactionem; & ex constipato, & denso, in liquidum per liquationem P. Vasquez, dict. disput. 204. cap. 3. num. 30. & 31.

19 Et Concil. Tridentinum dict. sess. 6. cap. 7. ibi: Hanc dispositionem seu preparationem justificatio ipsa consequitur: quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratia: & donorum. Unde homo ex injusto fit justus, & ex inimicos amicus; at si haeres secundum spem vita eterna. Et inferius: Demum unica formalis causa est justitia Dei, non quæ ipse justus est, sed quæ nos justos facit, quæ videlicet ab eo donati renoveramur spiritu mentis nostræ, &c.

20 Ex quo probatur contra eos, qui tenent contrariam opinionem, asserentes justitiam nostram compleri extrinseco favore, quod adversantur Sancto Trident. Concilio; nam præcisè supponunt formalem causam nostræ justificationis non esse unicam, sed duplicom, aut totam causam formalem esse favorem extrinsecum Dei, quod utramque est contra prædictam decisionem Sacri Concil. Tridentini Primum quidem sequitur, duplicom esse causam formalem nostræ justificationis, unam autem potissimum, & primam causam esse favorem Dei; alteram vero esse revocationem interiorum, quæ sit inchoata, & imperfecta, per favorem autem perficiatur; siquidem totum id quod nobis inhæret non sufficit ut reddat nos sanctos, & justos, & Deo gratos, nisi ei accedat favor

Dei, quod planè est contraria textum in dict. sess. 6. c. 7. Concil. ubi definitur unicam esse causam formalem justificationis nostræ, ut excluderet sententiam hæreticorum, & aliquorum Catholicorum, qui dicebant duas esse, alteram renovationem interiorum, alteram vero extrinsecam justitiam: Vasquez ubi supra dict. disput. 204. cap. 2. n. 15.

Ex quibus omnibus manifestè sequitur, talem esse oppositionem inter peccantem, & gratiam, ut gratia non indigeat condonatione, & favore accidente ad remittendum, & delendum peccatum, & maculam illius, quia per gratiam expellitur peccatum; & è contra gratia per peccatum, non tantum meritorie, sed etiam physicè.

Etiam non obstant quæ pro contrario, argumenta²² opponuntur, & maximè dum ita argumentantur: Christus Dominus satis superque condigne pro nostra offensa, & peccato in Deum commisso satisfecit, nihilominus præmissa tali pro nobis satisfactione, potuit nos Deus in suam amicitiam non acceptare, & suam gratiam non conferre, ergo etiam præmissa condigna retractatione, & satisfactione nostra ex gratia ipsius pro nostro peccato per contritionem, & dilectionem charitatis adhuc Deus potest non acceptare nos in suam amicitiam, & ita suam gratiam habitualē nobis denegare.

Quia respondetur, quod licet unum sit id, quod²³ de satisfactione Christi dicitur; at nostræ retractationis, & satisfactionis per opus contritionis, & charitatis, diversa certè omnino ratio est: quoniam quamvis Christi satisfactio pro nobis sit condignissima per modum impetrationis, & meriti, ut obtineat nobis gratiam, tamen non inest nobis per modum formæ, nec ipsa sola per se potest nos ipsos mutare, & avellere maculam peccati nostri: sed tantum potest apud Deum condigne pro nobis intercedere, ut dona suæ gratiæ nobis largiatur: nullum autem meritum est, quod ipsum Deum ita constringere possit & obligare (nisi ipse etiam verbo suo se adstringat) ut ei negare non possit id, quod meretur. At vero retractatio, & satisfactio, quæ sit opere nostro inest nobis ut forma, ac proinde ex se sine alio favore delet & eluit maculam peccati, ut adversarii quoque fatentur; quod tamen de merito Christi non dicent, ablatâ autem maculâ, tollitur etiam offensa.

Secundo argumentantur ita ab exemplo; si quis²⁴ homo offendat Regem, etiamsi condigne satisfaciatur ei pro eo peccato in ipsum commisso, nihilominus adhuc manet offensus, Regi, donec Rex velit ipsum in suam benevolentiam admittere, & secum re conciliare, & tunc demum tollitur omnis offensa in Regem cum Rex ipsum admittit; ergo similiter postquam homo per contritionem dilectione formatam condigne satisfecit pro peccato in Deum commisso, adhuc eget Dei benevolentia ut cum ipso conciliatur, & in ejus amicitiam admittatur. Hoc tamen videtur esse discriminis, quod Rex admittens eum, qui ipsum offendit in suam benevolentiam, non immutat illum ullo modo, Deus autem admittens hominem qui peccavit in suam benevolentiam, ejus animam mutat, & ornat gratia habituali.

Sed respondetur quod est popularis; & plausibilis potius quam firmi, & alicujus momenti; nam si quis homo offendat aliquem sibi æqualem, vel etiam Regem, & pro peccato, & injuria æquè satisfaciatur ipsi, jam deinceps non potest jure manere offensus ei, contra quem peccavit, etiamsi offensus esset Rex, potest tamen ille, qui antea passus fuerat injuriam uno ex duobus modis erga eum, qui offenderat, se habere: primò, ita ut nec ipsum diligat, nec odio habeat, sed

de illo amplius non curat; deinde ita ut adhuc ipsum odio habet non quidem jure, sed facto, absque ulla ratione, & merito: ita est hominis voluntas, ut possit non modo non amare eum qui pro offensa in se commissa dignè satisfecit, sed etiam possit ipsum adhuc odisse, tum quia humana voluntas non necessariò amat omnem rem bonam, tum etiam quia potest odio prosequi etiam eum, qui non est odio dignus, permanente tantum apprehensione: injuriæ prius sibi illatae: & ideo post condignam satisfactionem pro offensa in aliquem commissa requiritur nova alia voluntas libera ipsius offensi, qua ille qui ipsum antea offenderat admittatur in ejus benevolentiam, & amicitiam.

At Deus optimus maximus (quæ sua est bonitas, & infinita cura, & providentia,) non potest eo modo se habere erga creaturam, quæ in ipsum peccavit, postquam illa jam condignè satisfecit, aut retractavit peccatum, & hac retractione delevit omnem maculam, sed necessariò diligit diligentes se, & eos, qui peccatum in se commissum condignè retractant, & ita absque alio favore, & libera acceptance, hoc ipso in suam amicitiam & benevolentiam eos admittit, qui antea peccaverunt, quia non potest Deo non placere is, quis ex nocente factus innocens, ex maculato factus immaculatus à sorde peccati ablutus est. Quare nec potest ipsum amplius odio habere, nec potest de illo amplius non curare, sed eum tanquam innocentem diligere necessariò debet.

25 Hoc autem discrimen inter humanam, & divinam voluntatem ex eo provenit; quia humana voluntas ob sui imperfectionem potest aut omnino non curare de amicore reconciliatio, neque ipsum odio prosequendo, neque ipsum amando; potest etiam ob aliquam injuriam sibi illatam injustè retinere odium semel conceptum in aliquem.

26 Deus autem ob suam infinitam curam, providentiam & justitiam, nihil horum potest, sed hominem jam factum innocentem non potest non diligere, & odium quod in ipsum conceperat non potest non depolare, non quidem mutatione sui, sed mutatione ipsius objecti, ad quod propter mutationem in eo factam diverso modo essentia divina comparatur, tunc ut odium, nunc vero ut amor.

Quod omne presumptum est à sublimi illo ingenio P. Gabriel. Vasquez in d. sua disp. 104. Tum quia cùm simus ingressi in scientiam ita gravem, atque alienam à nostra professione, ne vaticinando dilabamur in foream alicujus erroris, securi sumus ad pedem vestigia, & lucem tam insignis Theologi. Tum quia ejus verba atque sententiae digna sunt transcriptione, maximè cum ad nostrum institutum ita opportunè cadat.

27 Quibus non minus utile ac necessarium ad intentum nostrum addo: quod omne id, quod dictum est de incompatibilitate, & oppositione inter peccatum, & gratiam, dicendum, atque intelligendum sit etiam de infidelitate, & gratia, quæ eandem oppositionem habent, atque incompatibilitatem, quia prout peccatum peccatores, ita infidelitas infideles excludit à successione Regni Dei: D. Paul. ad Cor. cap. 6. & Concil. Trid. sess. 6. c. 15. ibi: Afferendum est non modo infidelitate per quam & ipsa fides amittitur, sed etiam quocumque alio mortali peccato quamvis non amittatur fides, acceptam justificationis gratiam amitti, divina legis doctrinam defendendo; quæ à regno Dei non solum infideles excludit, sed & fideles quoque fornicarios adulteros, molles masculorum concubitorum, fures, avaros, ebrios, maledicos, rapaces, caterosque omnes, qui lethalia committunt peccata: à quibus cum divine gratia adjumento abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratia separantur.

Roxas de Incompatibilitate.

Ratio est, quia fides simpliciter est medium necessarium ad successionem æterni regni, cum sine fide impossibile sit placere Deo: Apost. ad Hebreos c. 11. D. Tom. 2. 2. q. 2. art. 3. Sotus in 4. dist. 5. art. 1. & Concil. Trid. sess. 6. cap. 7. & alii relati à D. Joan. Solorzano de jure Indiar. lib. 2. cap. 16. n. 18. & 19.

Ideò notandum est: ad nostrum text. in d. c. fin. 24. q. 1. quod nisi Hermenegildus esset fidelis, non haberet justificationem, seu gratiam ad successionem regni coelestis, quia licet compatibile sit, quod aliquis sit fidelis & peccator, attamen non est compatibile quod sit infidelis & habeat gratiam ad succedendum in regno Dei, & ad ejus hereditatem obtinendam.

Jam igitur ferè omnia, quæ dicta sunt de incompatibilitate inter gratiam & peccatum, & infidelitatem & gratiam, super successionem regni coelestis, non dubium est quin concernant ad decidendos casus qui super successione temporali, ac terrena accidere possunt: quando ille, qui alias successurus erat in Regno, vel Majoratu, non habet institutoris gratiam, seu ejus voluntatem tacitam, vel expressam, quia forte fuit institutori infidelis, inimicus, ingratus, vel per aliquam causam odiosus, nam ad instar divinæ institutionis sicut est incompatibile peccatum cum gratia, formaliter in eodem subjecto, & sicut peccatum, & gratia non solum opponuntur meritorie, sed etiam physicè ad successionem Regni, ac Majoratus divinita etiam de jure nostro incompatibilis sunt odium seu inimicitia, infidelitas sive ingratitudo cum gratia seu voluntate institutoris ad succedendum in Majoratu, & non solum opponuntur meritorie, sed etiam physicè: quod deducitur ex textu in leg. 3. §. finali, ff. de adim. legat. l. si inimicitiae capitales 9. ff. de his quib. ut indignis, l. cum quidam 24. l. Lucius 88. §. Lucius, ff. de leg. 2 l. fin. Cod. de revocand. donat. cap. fin. de donation. l. Testamento 51. ff. de manum. testament. Authent. ut cum de appellatione cognoscitur §. aliud, & tribus sequentibus: Glossa in l. sororem Cod. de his quibus ut indignis, Glossa communiter recepta in leg. fideicommissum 27. Cod. de fideicommiss. & §. 1. 2. & 3. per tot. Quæ fuit prima causa benef. amittend. l. 10. titul. 4. part. 5. l. 4. 5. 6. & 7. titul. 7. part. 6. Et ita convenienter, & inferuntur de uno aliud, quod sicut ad hoc ut peccatum sit incompatibile cum gratia, requiritur quod sit mortale, nam peccatum leve, seu veniale, non est incompatibile cum gratia, D. Thom. 1. 2. quast. 88. art. 1. Sot. in 4. distinct. 21. q. 1. & cum Vega, & aliis P. Fr. Henriquez à Villabos tom. 1. tract. 3. difficult. 15. his verbis: Quæ cosa sea peccado venial, y que diferencia aya del a el mortal, num. 1. versiculo, Otros peccados ay que no excluyen la vida espiritual de el alma, que es la gracia, sino son enfermedades espirituales de la misma alma, y estos son los peccados veniales que se cometan sin perder por ellos la amistad de Dios, y se llaman veniales per ser dignos de venia y perdón, qual proviene de la naturaleza de los mismos peccados; como dicen scito S. Thom. Vega, y Zunel, quel mortal es grave offensa de Dios, y assi no se compadece con su amistad. Ita eodem modo requiritur quod odium, seu inimicitia institutoris sit gravis, nec sufficit levus: dict. leg. 3. §. final. ff. de adim. legat ibi: Et si quidem capitales, vel gravissima inimicitiae intercesserint, ademptum videri, quod relictum est: sin autem levius offensa, manet fideicommissum. Glossa fin. in cap. 2. 3. q. 5.

Quæ autem inimicitia seu offensa sit gravis, quæ vero levius, ad hoc ut incompatibilis, vel compatibilis cum gratia, sive voluntate institutoris in succedendo in Regno, vel Majoratu, judicari debeat: pendet à bono

C. judicantis

26 Roxas de Incompatibilit. in Scientiis.

judicantis arbitrio: l. donationes §. species, ff. de donationibus Auth. de testibus §. si vero dicantur, col. 8. Glos. fin. in cap. 2. 3. quest. 3. §. Praterea si vassallus cum seqq. titul. Quia fuit princ. caus. benef. amitt. Glos. verb. inimicos, in cap. cum oporteat, 19. de accusat. Bart. in dict. l. 3. §. fin. ff. de adim. legat. & Doctores in §. inimicitiae. Instit. de excus. tmt. Bald. in Authent. si quis rogatus, n. 4. C. de testib. Afflictis in cap. 1. n. 21. ex quib. caus. feud. amittatur: Chassanæus in consuet. Burgundia, rub. 3. §. 1. verb. ou à la personne, n. 11. & 12. Thomas. Grammaticus consil. 57. n. 9. Menoch. de arbitr. judic. l. 2. casu 110. n. 3. & lib. 5. presumpt. 42. n. 3. Mascardus. de probation. lib. 2. conclus. 857. n. 56. & concl. 898. n. 14. Fontanella de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 28. n. 18. & 19. Bayardus ad Jud. Clar. qu. 24. n. 3. & alii quamplurimi relata à Prospero Farinacio de Indic. & Tortur. q. 49. n. 85. Henricus Rosenthal. de feud. tom. 1. c. 6. concl. 31. n. 2. & cap. 10. concl. 13. & 14. Marius Cutell. de donation. contemplat. mort. tract. 2. special. 8. num. 19.

55 Sed prædictum arbitrium regulari ac gubernari debet secundum causas, & casus, quod ad id non modo generaliter, sed etiam specialiter perpendunt, atque commentantur textus, Glosæ, ac Doctores in d. l. final. C. de revocand. donat. cap. fin. de donat. auth. ut cum de appell. cognoscitur. §. aliud quoque capitulum, cum tribus sequentibus, collat. 8. auth. de nupt. collat. 4. §. ingratitudinem, l. propter item, l. Athleta §. dat remissionem, ff. de excusat. tutor. §. propter item. & §. inimicitiae, inst. de excus. tutor. cap. si inimicus 93. Glos. in cap. cum Adrianus verbo, ad salutandum 73. dist. cap. Accadens ut lite contestata: leg. non distinguemus, §. cum quidem l. licet autem, ff. de arbitr. l. si pariter; ff. de liber. caus. Glos. in dict. l. fideicommissum, Col. de fideicommiss. Bartol. in dict. l. 3. §. fin. de adimen. legat. Ripa in l. fin. in 6. & seqq. questionib. C. de revoca. donat. Carolus Ruinus consil. 262. à n. 1. vol. 4. Nata consil. 462. num. 21. cum aliis Cardinal. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib. 12. titul. 5. per totum. maximè à num. 14. Peregrinus de jur. fisc. tit. 14. de inimicis, & inimicitiis, à n. 3. Matienço in l. 7. tit. 10. lib. 5. Recopil. gloss. 5. n. 3. Henricus Rosenthal. de feud. dict. cap. 10. conclus. 13 & 14. Mascard. de probat. concl. 898. Prosper Faia. de indiciis, & tort. qu. 49. n. 2. usque ad num. 88. Escobar à Corro de purit. sanguin. & nob. prob. part. 1. quest. 12. §. 1. à n. 12. usque ad n. 21. & n. 28. refert speciem illam capitalis inimicitiae inter omnes qui sunt de una familia, quæ seditionem habet cum altera familia, vulgo. Vando entre dos linages, ex Baldo in l. unic. C. de rap. virg. & cap. si vassallus, in prino. si de feud. fuer. contr. Roxas sing. 199. ubi ponit exempla. Et ferè omnes causæ, producentes gravem inimicitiam, reducuntur ad quæstionem status, capititis, honoris, aut omnium, vel majoris partis bonorum; Bald. & alij. in l. Athleta §. dat remissionem, ff. de excus. tutor. & cum aliis Henricus Rosenthal. de feud. tom. 1. cap. 6. concl. 53. num. 2.

36 Ideoque pro regula in hac nostra materia Incompatibilitatis constituendum est, quod ex quacunque causa inimicitiae, vel offensæ ita gravis, prout à supra dictis legibus Glossis, & Doctoribus requiritur, quilibet talis inimicus offensor, vel ita ingratus excluditur tam à successione Regni, quam à successione Majoratûs.

37 - Et in quantum, quod excludatur à Regni successione probatur Genes. cap. 35. & 49. Paralipomen. 1. cap. 5. ubi Ruben, licet primogenitus Israël, non succedit, ex eo, quod ascendit ad cubile & violavit thorum Patris sui; dict. cap. 49. ibi: Quia ascendisti cubile Patris tui, & maculasti stratum ejus, & dict. c. 5.

ibi: Filii quoque Ruben primogeniti Israël; ipso quippe fuit primogenitus ejus: sed cum violasset thorum Patris sui data sunt primogenita ejus filii Joseph filii Israël, & non est ille reputatus in primogenitum. Et 3. R. g. cap. 1. ubi ex eo quod Adonias vivo ejus patre David affectavit sibi, & occupavit Regnum, privatus fuit Regni successione, & fratri ejus Salomon data est successio Albericus in l. donationes, quas Divus, num. 4. vers. item si primogenitus caperet Regnum, C. de donat. inter. vir. & ux. Oldradus consil. 94. n. 16. Guillelm. Benedict. in cap. Raynatius, verb. in eodem testamento n. 204. Canonistæ in cap. licet de vot. & vot. redempt. Martinus Garratus Laudensis de primogen. q. 9. Tiraquellus de primogeniis, q. 35. à n. 3. & præstantius quām alii Emanuel à Costa in tract. de success. Regni Portug. pag. 149. & 152. Caldas de Pereira part. 3. de potest. eligend. cap. 17. n. 40. & 44. & in l. si curator. rem, verb. sine curatore, n. 41. C. de in intregum restit. ut. 38

Quoad exclusionem autem à Majoratûs successione probant Ant. Gomez. in l. 40. Tauri, n. 71. D Greg. Lopez in l. 10. titul. 4. part. 5. glos. verb. Sus herederos, vers. item limita & intellige. D. Molina de primogen. lib. 1. cap. 9. per totum. P. Molina de justit & jur. tract. disput. 634. Azevedo in l. 2. n. 2. tit. lib. 1. Recop. Caldas Pereira tom. 3. de potest. eligend. c. 17. n. 40. Peregrinus de fideicommiss. art. 22. num. 95. & 99. Surdus decis. 41. Mieres de Majoratibus p... quest. 22. n. 191. q. & 48. à n. 104. & part. 2. in initio, n. 342. & q. 4. ll. lat. 1. n. 1. Burgos Salon de Paz, quest. civilium q. 3. à n. 30. usque ad num. 55. & omnino videndus eruditiss. D. Perez de Lara de Ann. & Capell. lib. 3. cap. 11. à n. 21. usque ad n. 25. August. Barbos. in collect ad c. fin. de donat n. 5. Vincentius Fusar. de fideicommiss. substir. q. 317. n. 1. Additionatores ad D. Molin. lib. 1. cap. 9. super n. 11. 12. & 13. Robles de represent. lib. cap. 19. n. 59 & sua magna eruditio, ac dilucidatione, P. Thomas Sanchez in consiliis moralib. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 39.

Quod equidem declarandum, atque intelligendum est, dum ingratitudo, vel offensa, vel inimicitia gravis facta fuerit ipsi Testatori, seu institutori Regni, vel Majoratûs, non autem ejus successor, possessori, seu gravato: nisi à principio Regnum seu Majoratus ea lege sit institutus, quod debeat deferri jure hæreditario. Quod etiam institutor Regni, veluti Populus primus institutor, qui jus regnandi vel expressa voluntate, vel tacita, Regni & ejus descenditibus detulit, Robles, de Repræf. lib. 3. cap. 16. n. 16. Vel quando successio Regni, vel Majoratûs, competit eis ex lege, vel consuetudine. 39

Ideo nostra conclusio cum hac distinctione accipienda est: aut Regnum, vel Majoratus descendit ab homine institutione, & defertur jure sanguinis, & tunc nisi offensa fuerit facta ipsi institutori, non erit incompatibilis: aut descendit ex lege, vel consuetudine, vel deferrit debet jure hæreditario, & tunc quamvis offensa, vel ingratitudo non sit facta primo institutori, sed adversus quemlibet ultimum possessorem, erit incompatibilis cum successione Regni, vel Majoratûs; quam sanè distinctionem facile deduces ex l. filius familias 117 §. cum pater, de legat. 1. Philippus Corneus in l. 1. n. 27. vers. Praterea, C. de condition. insert. Guillelm. de Montferrato in tract. de success. Regni Franciæ, n. 19. Peralta in l. unum ex familia, §. si de falcidian. 6. de legat. 2. & in l. 3. §. Qui fideicommiss. n. 80. ff. de hæred. instituend. Ant. Gomez. in l. 40. Tauri, n. 71. Card. Mant. de conject. volunt. l. 8. tit. 12. n. 23. & 24. D. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 9. à n. 9. Ant. de Padiña Meneses in lib. unum ex familia §. si de falcidia num. 16. & 17. Velasquez de vend. in l. 40. Tauri, glos. 1. à n. 73. cum seqq. ubi post D. Molinam dat intellectum

tellectum ad cap. licet, de vot. & vot. redempt. ex n. 76. usque ad num. 92. Marc. Ant. Peregr. de fideicommiss. artic. 22. à num. 77. ubi probat distinctionem prædictam: Caldas Pereira, 3. part. de potest. eligend. cap. 17. num. 34. 40. & 41. Mieres de Majorat. 2. part. q. 4. illustratione 1. a n. 1. usque ad 16. Vincent Fusar. de fideicommiss. substit. quest. 317. n. 16. Robles de Salcedo de representat. lib. 3. cap. 16. n. 5. 42. & 43. & c 19. n. 24. 25. 57. 58. 59. & 60.

⁴¹ Ampliatur autem nostra conclusio ita à nobis enodata, cum prædicta magistrali distinctione, non solum si offensa fuit facta contra institutorem, sed etiamsi commissa fuit contra gravatum, seu Majoratus ultimum possessorem, in speciali casu, scilicet quando Primogenitus, vel ille, qui alias immediate successurus erat occidit ultimum Majoratus possessorem, D. Molina lib. 3. cap. 2. à n. 31. usque ad num. 33. Marc. Ant. Peregr. de fideicommiss. art. 22. n. 98. & de jure fisci lib. 2. titul. 3. de eo, qui interfecit defunctum, maximè in num. fin. Mieres de Majorat. part. 2. q. 4. illat. 1. n. 24. usque ad n. 30. Philippus Paschal. de vib. part. potest. part. 4. cap. 8. n. 14. & 15.

⁴² Ampliatur secundò, quando speciali dispositione caustum est in Majoratu, quod inobediens, vel ingratus Patri, seu possessori Majoriae privetur successione, Dom. Greg. Lopez in dict. l. 10. tit. 4. part. 5. glos. verb. *Alguna Gratia*, Mieres part. 2. q. 4. illat. 1. n. 12.

⁴³ Ampliatur tertio, etiamsi institutor vocaverit aliquem, & postea inter eos graves sint ortæ inimicitiae, post eas, fecerit codicillos, & in eis non revocaverit: Dom. Perez de Lara de ann. & capellan. lib. 1. cap. 11. n. 24.

⁴⁴ Ampliatur quartò, quamvis institutoris injuria, si ve gravis offensa fuerit facta non solum vivo Majoratus institutori, sed etiam mortuo; vel viventi, sed inscio; probat satis concludenter D. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 9. à n. 43. usque ad 56. Peregrin. de juri fisci lib. 2. tit. 8. de ingratis versus defunctum: per text. in l. 1. ff. de his, quib. ut indign. ubi etiam Bart. Glos. in l. Sororem, C. de his, quib. ut indig. Glos. Margin. in l. fideicommissum 27. C. de fideicommiss.

⁴⁵ Ampliatur quinto, etiamsi gravis inimicitia vel offensa sit ante institutionem Majoratus, dum non superveniat specialis sed generalis vocatio, quia is, qui est odiosus testatori, seu Majoratus institutori, sub generali vocatione non comprehenditur: docent Bald. n. 10 Paulus Castro, & alii in l. in ipsius, C. familie erescunda. Alexand. in l. Gallus. §. quidam recte n. 91. ff. de liber. & posthum. idem Alexand. cons. 213. n. 4. l. 6. Socinus senior consil. 37. n. 6. l. 3. Philip. Decius consil. 361. n. 4. Philip. Corneus cons. 229. n. 18. l. 3. D. Molina dict. lib. 1. cap. 9. n. 13. Menoch. cons. 30. n. 15. Peregr. de fideicommiss. articul. 22. num. 99. Simon de Prætis de interpretat. ultimar. volunt. lib. 1. solution. 4. à num. 10. fol. 59. & 98. P. Sud. decis. 41. num. 6. Mieres de Majorat. 2. part. in initio, num. 342. Vincent Fusar. quest. 317. num. 1. Addition ad P. Molin. dict. l. 1. cap. 9. super num. 11. 12. & 13. & copioso Cald. Pereira de Castro part. 3. de potest. eligend. & nominand. cap. 1. num. 28. & 29.

Ampliatur sexto, non solum in Majoratu regulati, sed etiam in irregulari, maximè in majoratu electionis: nam ille, qui habet quantumvis libertam facultatem eligendi seu nominandi successorem, eligerre non valet odiosum institutori inimicum, vel ejus offensorem: probatur ex text. in leg. Lucius, 88. §. Lucius, ff. de legat. 2. l. cum quidam 24. eodem titulo de legat. 2. ibi: Petere posse ait eos, qui non offendunt: ubi notant scribentes, Peralta num. 4. Meneius de Padilla num. 14. habentem potestatem eligen-

Roxas de Incompatibilitate.

di unum de familia, non posse inimicum testatori defuncto eligere: docet etiam Bild, in leg. id quod pauperib. quest. 23. Cod. de Episcop. & Clerc. Socin. in leg. utrum, §. Cum quidam vers. 3. nota. ff. de reb. dubiis: & consil. 37. num. 6. lib. 3. Alexander consil. 223. num. 4. lib. 6. D. Molina lib. 2. cap. 5. à num. 10. Surdus de alimentis, titul. 9. quest. 25. num. 54. Alvarad. de conject. ment. defuncti lib. 2. cap. 2. num. 35. Mieres part. 1. quest. 48. num. 101. & 135. ubi est videndum: & in part. 2. in initio, num. 342. Simon de Prætis de interpretat. ultim. volunt. fol. 59. num. 10. Marta de succession. legali, part. 4. quest. 30. art. 7. num. 32. comprobat mirificè hanc ampliationem Caldas Pereira, p. 3. de potestat eligend. cap. 1. num. 28. & 21. Alexand. Raudens decis. Pisana 37. num. 291. Vincentius Fusar. de fideicommiss. substitut. dicta quest. 317. num. 10. Joann. Baptist. Hodierna in addition. ad Surdum decis. 41. num. 5.

Ampliatur septimo, etiam aduersus ipsum, cui concessa fuerit facultas eligendi successorem in Majoratu, prout, causâ exempli, proponi casus potest saepius contingibilis; scilicet quando Maritus præstat facultatem uxori suæ ad hoc ut instituat Majoratum, nominet, seu eligat successorem, vel ei committat tanquam executrici, vel Patronæ, facultatem eligendi pauperes, distribuendi eleemosynam, seu potestatem nominandi Patronum, vel quemlibet consanguineum ad Capellaniam, vel quocumque modo successorem, & vivente marito, sed eo inscio, adulterium commitrat, vel postea vidua luxuriosè vivat, quia tunc ipso amittit potestatem eligendi, ac facultatem ei commissam, & tanquam revocata indicari debet talis commissio: Glos. in l. fideicommissum, Cod. de fideicommiss. ubi etiam Menesius de Padilla num. 10, post Cifuentes, in l. 31. Tauri num. 4. & præstantius aliis Palacios Rubius in rubric. de donat. inter vir. & uxor. §. 6. 7. à num. 3. usque ad num. 15. & in §. 82. n. 3. Peralta in l. cum quidam n. 8. ff. de legat. 2. Boërius decis. 338. num. 12. D. Molin. lib. 1. cap. 9. à num. 48. usque ad 54. ubi reddit rationem: nam vidua luxuriosè vivens, videtur marito atque ejus anima maximam tristitiam, atque injuriam irrogare: & inferius, n. 55. ex causa ingratitudinis, quam commisit contra matitum: Alvaradus de conject. mente defunct. lib. 1. cap. 2. num. 39 & 40. Cardin. Mantica de conjectur. ultim. volum. lib. 12. tit. 5. num. 6. & 7. Azevedo in curia Pisana, lib. 2. cap. 14. num. 14. Mieres part. 1. qu. 48. num. 137. 143. & 149. Cephal. cons. 800. num. 44. Joan. Gutierrez. Canonic. qq. lib. 2. cap. 12. n. 12. & 14. & cum aliis plurimis, D. Joann. à Castillo de usufructu lib. 1. cap. 2. num. 81. & 82. Additiones ad D. Molin. dict. lib. 1. cap. 9. super num. 48. Carpio de executor. & commiss. testament. lib. 1. cap. 7. à n. 28, usque 34.

Ampliatur octavo, non solum contra odiosos respectu institutoris, sed etiam respectu Principis, qui concedit facultatem instituendi Majoratum: quia tunc non videtur Princeps concedere quod instituat in Majoratu filium inimicum, seu odiosum ipsius principi: Palac. Rubios in questionib. de Majoric. quest. 1344. Dom. Greg. Lopez gloss. verb. Non valdra, colum. 4. in l. 32. titul. 9. part. & Menoch. lib. 4. præsumpt. 96 num. 12. Burgos Salon de Paz quest. 3. num. 49. Dom. Molin. lib. 2. cap. 11. num. fin. Mieres de Majoratib. part. 1. quest. 48. num. 104. & 105. Caldas Pereira 3. part. de potestat. eligend. cap. 1. num. 28. vers. unde Baldus, in dict. cap. fin & cap. 1. de præsumpt. &c.

Ampliatur nond, etiamsi causa inimicitiae, vel odii proveniat ex facto vel culpa ipsiusmet testatoris, vel in-

28 Roxas de Incompatib. in Scientiis.

stitutoris, l. 4. & l. ex parte, ff. dæ adimend. legat. Glos. verb. facta in l. Athleta 8. §. dat remissionem. ff. de excus. tutor. & contra Bartolum probat. Less. in l. Hereditas n. 3. & 4. C. de his, quib. ut indign. & in l. filiam num. 2. C. de inoff. testam. Ripa in l. fin n. 151. C. de revocand. donat. Palac. Rubios in rub. de donat. inter vir. & uxor. §. 38. n. 27. Dom. Praef. Covarruv. de test. p. 2. n. 19. Mantica dæ conjectur. ulrim. volunt. l. 12. tit. 5. n. 9. D. Perez de Lara dæ ann. & Cappell. lib. 1. cap. 11. n. 24. ubi refert idem probantem Gregorium Lopez. Vasquez de success. progress. lib. 3. §. 27. n. 9. D. Molin. lib. 1. dict. cap. 9. n. 3. 8. vers. quod procedit. Peregrin. de jur. fisc. lib. 3. tit. 13. n. 7. Surdus decis. 41. n. 12. ubi etiam Additionat. Joan. Baptist. Hodierna n. 4. & cum Joseph. Ludovico & aliis, Vincent. Fusar. d. quast. 317. n. 15. Pat. Thom. Sanchez, tom. 2. lib. 4. Concilior. Moral. cap. 1. dub. 28. n. 11. Capitius Galeota controv. illust. l. 1. c. 38. num. 65. Marta de success. leg. p. 4. q. 30. a 7. n. 27. Barth. Thomas tract. 8. de primogen. tit. 25. cap. 8. n. 967.

⁴⁹ Ampliatur decimò, etiamsi institutor, seu testator inimicitiae fideicommissarii conscius habuerit tempus revocandi. feceritque codicillum, nec in eo fideicommissum, seu vocationem revocaverit; adhuc enim revocata manet: quia cum jam semel revocata sit, non requiritur, ut expressè convalidetur: l. filio §. Seia, ff. de adimend. legat. Peralta in l. cum quidam num. 8. ff. de legat. 3. D. Molin. dict. lib. 1. cap. 9. num. 41. Pat. Molin. de just. & jur. tom. 1. tract. 2. disp. 2 12. §. cante vero. Par. Thom. Sanchez lib. 4. consilior. moral. cap. 1. dub. 39 num. 12.

⁵⁰ Ampliatur undecimò, licet post offensam seu inimicitiam, institutor confessus, & contritus decesserit; quia ex eo solummodo videtur remissa, seu injuria, quoad Deum, juxta professionem Christianæ religionis adimplens præceptum divinum, & secundum Dominicam orationem, Pater noster, &c. dum dicitur, dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ideo actio dictæ confessio- nis, & contritionis solum erit meritoria respectu offensi, non autem offensoris; itaque intelligenda est dimissio & dilectio illa, diligite inimicos vestros Matthæi, cap. 5. jure poli: non autem jure fori: cum nihilominibus possit actiones injuriarum exercere; Glos. in cap. si quis contristatus §. 50. distinet. Bart. in l. si tibi decem § quodam, n. 3. ff. pactis: Fr. Manuel Rodrig. in summ cap. 17. n. 1. ibi: Qualquier hombre ofendido y injuriado est à obligando so pena de pecado mortal, a dexar el rencor y odio malo. Dixe, odio malo, porque el bueno nadie está obligado a dexarle: Y odio bueno, sera quando desea que el que le injurio sea castigado por el Juez. Et n. 2. que solo deve concederle los beneficios comunes, &c. Ideo dicendum est, quod gratia, seu voluntas institutoris ad hoc ut inimicus, cui inimicitiam, seu offensam vel injuriam condonavit, succedere valeat, non est suscitata, nec præsumendum est quod ad hoc jam de mortua reviviscat. Quod comprobatur post multos ab eo relatos Alexand. Raud. decis. Pisana 37. n. 291. quem sequitur Vincent. Fusar. d. q. 317. n. 13.

⁵¹ Ab his duabus ultimis ampliationibus sequitur tandem duodecima; in qua resolvendum est, quod non solum procedit nostra conclusio contra illum, qui fuerit odiosus Testatori, sive Majoratus institutori; sed etiam contra eorum filios, ac descendentes, cum in hoc casu non tantum personalis exclusio sed etiam realis, seu linealis judicari debeat. Probatur exter. in l. 1. C. de libert. & eorum liber. ubi offensa, & ingrati- tude Patris nocet filiis, & est in argumento, l. quisquis §. filii cum Glos. verb. in quibus, & verb. comitetur, C. ad l. Julian, majest. Bald. in l. Athleta §. dat remissionem, ff. de excus. tutor. in princ. ibi: Secundò nota quod

ille, qui fuit inimicus Patri, præsumitur inimicus filio; & etiam patre mortuo facit l. 1. C. si quacunque prædictus potestate, ubi dicit quod inimicitia ejus ibi exten- ditur ad quemlibet de genere: Et alibi dicitur, quod usque ad quartum gradum extenditur, ut ff. de injuriis, l. Cornel. & alibi dicitur ulterius; ut C. ad Tertul. l. si fœmina: & est text. in cap. 1. si vassallus fundo privetur, cui deferatur. Philip. Dec. conf. 471. n. 6. & 7. Aym. Cra- vet. conf. 173. n. 5. Paul Pans. conf. 20. n. 37. lib. 3. Curt. jun. conf. 157. n. 3. Sim. de Præd. de interpret. ult. volunt. fol. 59. n. 12. Caldas Pereyra de potest. eligend. p. 7. c. 1. & probant concludenter Marta de success. leg. p. 4. q. 30. art. 7. n. 20. Joan. Petr. Surd. decis. 41. à n. 7. Peregrin. de fideic. art. 18. n. 33. & 34. Vincent Fusar. d. q. 317. à n. 2. usque ad n. 6. & q. 575. n. 8. Joan. Bapt. Hodiern. in add. ad Surd. dict. decis. 41. n. 2. & 3. Balthas. Thornasius tr. 8. de pimogenitura tit. 25. cap. 18. n. 41. vers. Nono amplia in descendantibus ab ingratis.

⁵² Ratio est, quia odium institutoris, quod est incom- patibile cum ejus gratia, ac voluntate, à qua omnia de- pendent, non solum offendorem, sed ejus, ac pro- geniem, naturaliter, & à communiter accidentibus præsumitur quod afficit, quia inimicus alicujus præ- sumitur inimicus filiorum: Angelus in §. item propter inimicitias Instit. de excus. tutor, Syntagma comm. opinion. tom. 1. lib. 9. vers. inimicus alicujus, præsumitur inimicus filiorum: ex qua ratione & aliis valedissimis rationibus, fulcitur per supra dictos Doctores hæc nostra ampliatio, & convincuntur fundamenta om- nia de contrario.

Ideo in fundalibus, delictum Patris nocet filius, c. 1. si vassallus feud. privet ubi etiam glos. 1. ubi dicit quod hoc procedit propter nimiam personarum conjunc- tionem: & Ysernia Jacobinis & omnes Feudistæ Joan. Baptist. Hodierna in addit. ad Surd. decis. 41. num. fin.

⁵³ Neque obstat illud Ezechiel, cap. 8. quod anima, quæ peccaverit ipsa morietur, & filius non portabit iniuriam Patris: & in Levitic. cap. 14. non occi- detur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unus- quisque in peccato suo morietur. Quia præter id quod respondit D. Praef. Covarruv. lib. 2. variar. cap. 8. in princ. vers. primo hinc conciliantur. Anton. Gomez tom. 3. cap. 2. n. 13. Oseda de incompatib. benefic. cap. 23. n. 104. & cum aliis Joan. Gutier. Canonic. lib. 2. cap. 30. per totum Villadiego Barbosa in cap. sino culpa n. 4. & in c. sequenti, num. fin in 6. Philip. Paschal. de vi- rib. part. potest. 4. part. c. 5. n. 6. respondent Petr. Surd. Peregrin. & Vincent. Fusar. ac ego etiam respondeo, quod in hoc casu filii non privantur successione propter suorum parentum delictum, injuriam, sive offensam factam testatori, sed propter odium productum ex ea de parte testatoris, quod est oppositum physicè ad gratiam, sive voluntatem, quæ requiritur ad hoc ut filius, ac ejus linea possit succedere.

⁵⁴ Aliter daretur contra naturalem rationem, quod institutor haberet voluntatem, ut succederet ille, quem odiisset: quod absit, ex Seneca lib. 6. de Bene- fit. cap. 6. ubi: Alioquin jubes me eodem tempore ama- re, & odisse; queri, & gratias agere: quod natura non recipit.

Ideo predictæ authoritates sacrarum litterarum ⁵⁵ nihil obstant. Nec textus in l. Adoptivus 8. §. Celsus, ff. de in jus vocand. l. Paterfamilias 44. ff. de hered. inst. l. sancimus 22. Cod. de pœnis: ubi datur regula, quod pœna debet tenere suos authores. & totus ti- tulus, Cod. ne filius pro patre, uxor pro marito &c. Et sic ad hunc casum magis adaptatur illud Ezechiël, cap. 18. Patres Comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.

Ex quibus sanè improbatur contraria opinio asse- ⁵⁶ rentium,

rentium, quod in casu hujus nostræ ampliationis, sit exclusio personalis, sive quod excludatur persona tantum ingrati offensoris; & non realis, seu linealis quoad ejus filios ac descendentes; prout tenet D. Molin. dict. lib. 1. cap. 9. num. fin. ubi etiam Additionatores super n. 58. Cæsar Manent. decis. 115. lib. 2. & Mieres 2. part. quest. 4. illation. 1. n. 17. quia quilibet eorum convincitur ex supradictis juribus, rationibus, & authoritatibus.

52 Nec obstant D. Joan. à Castillo lib. 3. cap. 15. à n. 36. & alii quamplurimi relati ab Additionatoribus D. Molin. dict. lib. 1. cap. 9. num. fin & lib. 3. cap. 10. super num. 44. Quia loquuntur de exclusione per contraventionem, quæ est distincta ab exclusione per odium exortum per offensam, seu inimicitiam cum testatore. Et rationem differentiæ, ultra à nobis supra dictam, invenies apud Peregrin. de fideicommiss. art. 18. num. 33. & 34. ubi postquam in d. n. 33. resolvit, quod per ademptionem, ac Patris exclusionem non excluduntur filii, ac descendentes; in n. 34. aliter dicendum judicat in ademptione ob causam inimicitiae, vel odii cum Patre: & in vers. Si autem ademptio ex facto ipso videri possit facta, ex causa inimicitiarum, vel odii, &c. & reddit rationem ibi: Nam compertum est, ob inimicitias, & odij causas, subortas inter legatarium, & inter testatorem, legata & fideicomissa, tacita contraria voluntate videri adempta: l. 4. §. fin. l. sequenti, & l. ex parte. ff. de adimend. legat. & utrobique notarunt Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 12. art. 5 & latè Petrus Richard. Pistor. Inst. de adempt. legator. n. 36. versic. & infra dixi ego in tractat. de jure fisci, in titul. de inimicitiis. Inimicitia autem & injuriarum occasio cum parte contracta proculdubio filios quoque afficit, §. Patitur instit. de injuriis. Consequenter si filius ipse solus fuisset legatarius, ex causa inimicitiae contractæ cum Patre, videretur revocatum legatum relictum filio, quia cum eo etiam inimicitia contracta videtur: idem itaque cum Pater, & filius sunt legatarii. &c. Et sequitur eum Vincent. Fusar. quest. 575. num. 8. ibi: Si causa revocationis respicit per personam Patis non filiorum, nec pertineat ad offensam testatoris, ut per plures rationes probavit Peregrin. de fideicommiss. art. 18. n. 33. cum seqq.

60 Ampliatur decimotertio licet filii, seu descendentes offensoris nati sunt ante offensam, seu inimicitiam à patre factam, in casu quo occisor qui fuit ultimus Majoratum possessoris, filium, vel filios habuerit natos, antequam homicidium commiserit, nam tunc excluduntur à Majoratu eodem modo, ac si post delictum nati fuissent, probat Mieres de Majorat p. 2. quest. 4. illat. 1. à n. 40. usque ad 48. & in n. 41. reddit rationem ibi: Et sunt tales filii incapaces ad succendum, non propter eorum vitium, aut incapacitatem, sed quia ex vitio, & dolo, & fraude paterna non debent præmium reportare: l. in heredem, in princ. ff. de calumniat, l. heredem, ff. de dolo l. quod diximus §. ultim. l. quod autem, ff. quod met. caus. l. sicuti, ibi: Ex delito defuncti lucrari non debet, ff. de regul. jur. cum concordantibus, &c. Quod ego intelligo quando pater occidit ultimum successorem ea mente ut filius ejus natus, sive nasciturus adquireret Majoratus successionem quia tunc opportet, ut filius etiam antea natus non succedat: ad hoc ut comprimiratur cupiditas parentum & malitia hominum: argumento text. in l. fin. C. de natur. liber. ibi: Ideo prohibuerunt quia vitium paternum retrahandum esse existimaverunt. Et exinde infero rationem differentiæ inter filios occisoris antea natos & filios Hæretici ante hæresim conceptos, sive editos: quia in parentibus illorum, voluntas & propositum maleficii fuit ordina-

Roxas de Incompatibilitate.

ta ad hoc, quod filii etiam nati succederent in Majoratu; at verò in horum Parentibus, voluntas & propositum longè abest ab intentione præparandi, seu præstandi aditum filiis, natis, vel nascituris ad succendum in Majoratu, ideo nil mirum quod filii eorum, qui corruestris in crimen hæresis, sive læsæ Majestatis divinæ si ante tale crimen sint progeniti; non debeat excludi à successione, l. 2. C. de libert. & eorum liber. cap. Non impunitur 1. q. 4. l. 6. tit. 27. partit. 2. l. 3. tit. 8. lib. 3. Recopil. Divus Augustin. tom. 4. super Deuteronom. quest. 42. ubi reddit rationem, ibi: Non enim trahit aliquid à patre, qui jam natus erat, quando pater ejus peccavit. Et super Psalm. 84. vers. lit. F. ibi: Jam enim nati filii ad se pertinent, & Parentes ad se pertinent. Petrus Lombardus Magister sententiarum, Psalm. 84. vers. 9. Bart. in l. emancipatum, §. si quis n. 1. ff. de Senatoribus, Bald. in dict. l. 2. n. 1. Cod. de libert. & eorum liber. ibi: Delicta parentum non nocent filiis primo natis, sed postea nascituris, quia contrahunt rubiginem à linea jam infecta. Anthor incertus in tract. de criminis læse Majestatis qu. 7. Joann. le Cirier, de primog. quest. 12. num. 12. D. Molin. lib. 4. c. II. num. 54. Mieres, part. 2. quest. 4. illat. 2. num. 23. & alii, qui referendi erunt alibi suo loco.

Ampliatur ultimò, quamvis in fundatione Majoratus promissum sit, quod vocatus non privetur à successione ex causa inimicitiae, offensæ vel ingratis; ne inducatur quis ad delinquendum impunè, l. si unus §. illud. ff. de pact. l. convenire ff. de pact. dotal. Doctores in cap. fin. de donat. Macienço in l. 7. tit. 10. lib. 5. gloss. 5. num. 4. & Francisc Molin de riu nuptiarum. lib. 3. quest. 20. à n. 8. usque ad 10. ubi alios quamplurimos allegat.

Limitatur primò nostra conclusio, quando offensa, vel inimicitia etiam cum institutore Majoratus non fuit capitalis, sed levis: l. 3. § fin. ff. de adim. legat. Cardin. Mantic. de conjectur. ultim. volunt. l. 12. tit. 5. n. 14. Natta conf. 464. Peregrin. de jure fisci lib. 3. tit. 13. n. 3. Menoch. lib. 1. presumpt. 37. num. 25. & lib. 4. presumpt. 170. n. 11. Fontanella de pact. nuptial. claus. 4. glos. 28. n. 21.

Limitatur secundò: si offensa non fuerit commissa adversus institutorem, seu contra ultimum possessorum Majoratus, qui deferatur jure sanguinis, non vero jure hæreditario; quia hoc casu offensor non accepit Majoratum ab offenso ultimo possessor, sed à primo institutore: Padilla de Menes in l. unum ex familia, §. si de falcidia n. 16. vers. sed ipse in contrarium, & n. 19. ff. de legat. 2. Mieres, part. 2. quest. 4. illat. 1. n. 13. vers. quinto.

Limitatur tertio, etiamsi inimicitia, vel offensa sit cum institutore Majoratus, quando ab eo remissum fuit odium, vel inimicitia tacite, vel expressè, & ad pristinam amicitiam redderetur: quod præsumitur reconciliationem inter eos, l. 3. in fin. cum. l. seq. ff. de adim. legat. Peregr. de jur. fisci, l. 155. tit. 15. n. 9. Boërius q. 25. n. 13. D. Molin. d. l. c. 9. n. 42. ubi etiam vide Additionat. Simon de Prætis de interpr. ult. volant. lib. 3. sol. 4. à n. 14. Menoch. lib. 4. presumpt. 170. n. 13. Pat Th. Sanch. in consiliis Moralib. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 38. n. 12. vers. Si tamen. Actus autem per quos reconciliatio demonstratur, refert Petr. Surd. de Alimen. titul. 7. q. 1. n. 41. Simon de Prætis d. lib. 3. sol. 14.

Limitatur quartò, etiam in casu, quo immediatus, qui erat successor, occideret ultimum possessorum, quando occidit casualiter, ex improviso sive ob causam non ordinaram, ad hoc successio Majoratus ei, vel ejus filii deferatur, quia tunc saltem filii occisoris succendent in Majoratu, ex Bald. & aliis ita tenet Mieres de Majorat. part. 2. q. 4. illat. 1. n. 50.

C 3 Limitatur

30 Roxas de Incompatibilitate in Scientiis.

Limitatur quinto, si post offensam, offensus instituat nominatum offendit, seu homicidam, vel si post inimicitiam sequatur specialis vocatio offensoris ad successionem in Majoratu, quia presumitur remissa ei offensa, & decessisse cum plena antecedenti gratia, & voluntate: text. & Doctores in l. in ipsius 5. C. famili. erciscund. Menoch. lib. 4. presumpt. 170. num. fin. & conf. 68. n. 10. vol. 70. Peregrini. de fideicommiss. art. 22. in fin. Vincent Fusarius dict. quest. 317. num. 7. P. Thom. Sanchez in cons. Moral. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 38. n. 12. vers. Si tamen.

68 Limitatur sexto, etiamsi omnes ad successionem Majoratus vocati essent pariter odiosi, vel verba institutoris praecepsè non possent verificari nisi in odio, quia generalitas, quæ in uno tantum verificari potest, habetur pro speciali nominatione: l. fundus, qui locutus 24. ff. de fundo instr. legat. Bald. in l. in ipsius C. familia ercisc. Cravet. conf. 162. n. 4. & conf. 217. num. fin. Simon de Prætis de interpret. ultim volunt. lib. 1. dub. 2. fol. 4. n. 12. fol. 59. vers. Limita tamen: Cald. Pereira de Castro part. 3. de potest. eligend. cap. 1. n. 28. in fin. vers. videntur tamen.

69 Limitatur septimo, quando ingratitudo provenit ex causa, quæ nec tangat, nec laedat personam, famam, vel bona institutoris; sed solum provenit ex causa, quæ solum faciat ingratum, veluti in casu quo filia meriticata est, vel filius histrio sit: & ita ingratus in hoc casu, vel simili, peniteat, & ad meliorem vitam, seu frugem redeat, vel religionem ingrediatur: Ripa in l. fin C. de revocand. donat quest. 67. num. 226. Simon de Præt. de interpretat. ultim. volunt. lib. 3. fol. 4. num. 17. Surd. de alim. tit. 7. quest. 1. n. 28. Pat. Vasquez in opusculo titul. de testam. cap. 6. §. 3. dub. 5. Fontanel. de pact. nup. claf. 4. glos. 28. n. 32.

70 Limitatur octavo, quando Majoratus fuit institutus in donatione remuneratoria, & propter merita, cum revocari non valeat, propter ingratitudinem, nec inimicitias etiam graves supervenientes. Gloss. penult. in l. si pater 34. §. fin. ff. de donat. Gloss. verbo inveniatur in l. fin. C. de revocand. donat. Bald. in l. si cum mihi. ff. de dolo. Alex. conf. 216. n. 3. vol. 2. & conf. 40. n. 16. & conf. 78. n. 6. vol. 4. Ludovic. Roman. tons. 26. Ripa in d. l. fin. C. de revocand. donat. Tiraquell. in l. si unquam, verb. donatione largitus, à n. 13. Petr. Dueñas reg. 224. num. 4. Pinellus in l. 1. C. de bon. matern. part. num. 61. Vivius tom. 2. com. opinion. lib. 8. c. 34. n. 3. Joan. Garcia de donat. remuneratoria, n. 8. & 9. Azevedo in l. 3. à n. 23. titul. 12. lib. 5. Recopil. Mieres part. 1. quest. 22. à n. 169. Barbosa in cap. fin n. 17. de donat.

71 Limitatur nono, si Majoratus sit institutus causa dotis vel contemplatione matrimonii, in capitula. tionibus: matrimonialibus: quia licet, quoad maritum, vel uxorem qui, quævè inimicitiae, sive ingratitudinis causas commisit revocari debeat, non autem quoad alios vocatos, & eorum descendentes: Arias Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. n. 62. Anton. Gom. decif. 163. Avend. in l. 44. Tauri, glos. 16. n. 35. Mieres part. 1. quest. 22. à num. 194. Tiber Decian. respons. 31. n. 61. lib. 1. Fontanella de pact. nuptial claus. 4. glos. 28. à n. 6. Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 6. ubi est videndum à n. 36. usque ad n. 40. & qu. 7. n. 18. Morquechus de divis. bonorum, lib. 2. cap. 6. à num. 94. usque 97. Ant. Faber, lib. 8. Cod. de revoc. donat. definii. 1. Angulo de Melioration. lib. 1. glos. 10. n. 3. Monter de la Cueva decif. 10. Menoch. conf. 723. n. 21. & 22. Steph. Gratian. lib. 5. cap. 974. n. 28. Augustin. Barbos. in cap. fin. n. 16. de donat. Additionat. ad D. Molin. lib. 1. cap. 9. num. 35. & super n. 58. Marius Cutellus tom. 1. de donat. contemplatione matrimonii discurs. 3. particula 4. per totam tract. 2. discurs. 1. speciali 8. à n. 2.

Reddo rationem hujus limitationis, ne reddatur 72 contraria Ampliationi undecimæ. Primò, quia talis donatio contemplatione matrimonii magis est contractus, quasi permutationis, cum sit ob causam. Secundò, quoniam specialiter procedit in favorem dotti, & cujuscumque donationis quæ dotti equiparatur. Tertiò, quia non solum respicit filium donatarium, sed etiam ejus uxorem, & liberos ex eis procreandos, prout tenet Marius Cutellus d. discurs. 3. particula 4. num. 6. 7. & 8. Fontanella dict. claus. 4. glos. 28. num. 6. Molin. de ritu nuptiar. ubi supra, & Mieres dicta part. 1. quest. 2. num. 199. dum ita dicit: præcipnè quia communiter in his contractibus cavetur, quod filius qui ex filio primogenitus natus fuerit habeat illum Majoratum, vel meliorationem Tertii, & Quinti; quo casu non solum est jus questum uxori filii, sed & ejusdem filiis, & descendentiis in infinitum, qui cum sint vocati, & sint pars viscerum matris, ingratitudo nihil eis nocere debet. Argum. textus egregii, in l. 3. ff. de interd. & relegat.

Ideo si decedat absque liberis persona, cujus causa 73 pater instituerit filium in Majoratu, propter quam factus fuit contractus ille onerosus, & cessent personæ intermediae, quamvis contractus initus fuerit cum quopiam Tertio, licet illum revocare propter ingratitudinem, quasi jam cessante persona, in cuius favorem, & gratiam fuit factus Majoratus: & sic cessante hac causa debent cessare leges, quæ de offensa, inimicitia, vel ingratitudine loquuntur: ita tenet Mieres, dict. part. quest. 22. à n. 197. & 198. Fontanella d. claus. 4. glos. 28. n. 13. & Marius Cutellus ubi sup.

74 Limitatur decimo, & ultimo, quando Majoratus est institutus per viam donationis irrevocabilis, secundum dispositionem l. 17. & 44. Tauri, & inimicitia superveniens resultet ex culpa institutoris: probat D. Molin. dict. lib. 1. cap. 9. n. 35.

At vero pro complemento hujus nostri c. 2. operæ 75 pretiū erit advertere, quod quando per ingratitudinem, gravem offensam, seu inimicitiam successor Majoratus privari debeat in aliquibus casibus, privabitur ipso jure, & in aliis requiritur per sententiam declaratoriam, quia quandoque redditur propter inimicitiam ipso jure incapax, & non acquirit dominium: l. 3. §. fin. ff. de adim. legat. l. 3. ff. de his, quæ pro non script. habent. Quandoque non redditur incapax, nec inhabilis, & acquirit dominium: l. ex parte 22. ff. de adim. legat. ideo si est incapax, successio devenit ad hæredes; si capax, ad fiscum; prout distinguit. Bald. in l. hereditas num. 6. & 7. C. de his quib. ut indignis. D. Molina in dict. lib. 1. cap. 9. à num. 23. usque ad n. 30. P. Thom. Sanch. in consiliis moralib. lib. 4. cap. 1. dub. 38. num. 1. & 5.

Quapropter oportet, cum hic cadant per opportunitè, transcribere octo conclusiones ex Pat. Thom. Sanchez tom. 2. in consil. moralib. lib. 4. cap. 1. dub. 39. ubi postquam supponit primum, quod si successor Majoratus propter offensam, vel inimicitiam est incapax, amittit ipso jure possessionem, quæ devolvitur ad subsequentem successorem. Sed quando est capax non privatur ipso jure, sed per sententiam 77 confiscatur, & dum vivit pertinet Majoratus ad fiscum, & post mortem ipsius possessoris defertur ad alios successores, cum Anton. Gomez in l. 40. Tauri num. 9. vers. non obstat. D. Molina lib. 4. cap. 11. num. 11. contra Mieres, part. 2. quest. 4. illat. 1. n. 47. & 48. & Ledesma l. 4. q. 18. art. 1. post. dubium 16.

Secundum, quod Majoratus potest institui in testamento, vel constituendo Majoratus successorem, ut hæredem, vel legatarium, seu fideicommissarium, & in contractu donationis revocabilis, vel irrevocabilis.

Tertium

Pars I. Caput II.

31

79 Tertium, quod inter Majoratus primum successorem, & reliquos hoc distat, quod primus potest esse directus hæres, sed reliqui non nisi legatarii, seu fideicommissarii; quia primus Majoratus successor ut hæres directus nunquam potest desinere esse hæres; l. qui solvendo, ff. de hæredib. instituen. l. 15. tit. 3. partita 6.

80 Quare si quis instituat Petrum hæredem ad vitam, & post ejus mortem Paulum vel pauperes, vel Hospitale: Paulus, Pauperes & Hospitale succedunt non ut hæredes, sed ut fideicommissarii: ergo cum primus successor Majoratus institutus hæres non possit desinere esse hæres, alii non ut hæredes, sed ut legatarii, seu fideicommissarii succedent; P. Molin. lib. 1. cap. 14. à n. 9.

81 Quintum, quod debet constitui differentia inter Majoratum institutum in persona filiorum, vel descendientium, & Majoratum constitutum in personis, quibus non debetur legitima, ut in consanguineis transversalibus, vel extraneis.

82 Sextum & ultimum, quod etiam differunt inter se institutorem, vel interfici possessorem Majoratus à successore. Ex quibus suppositionibus transit ad sequentes conclusiones.

83 Prima conclusio, quando ingratitudo, quævis sit illa, etiam occiso, non fuit commissa contra Majoratus institutorem, sed contra alium successorem possessorem majoratus, non amittit successor ipso jure majoratum, qui talem occisionem fecit: ratio est, quia talis amissio est in pœnam ingratitudinis: hoc vero casu nulla est ingratitudo, quia ingratitudo aliquam gratiam supponit factam; at talis possessor, qui non instituit majoratum, nullam gratiam fecit successori circa majoratus successionem, sed talis gratia à primo institutore recepta est: D. Molin. lib. 1. cap. 9. n. 2. Mieres part. 2. q. 4. illat, 1. n. 5. Ant. Gomez l. 40. Tauri n. 71.

84 Secunda conclusio, quando occidit successor Majoratus institutorem, vel fuit illi ingratus graviter; & majoratus fuit institutus inter eos, quibus legitima non debetur, quando successor primus fuit, qui talem ingratitudinem commisit, & fuit institutus hæres in majoratu, non ipso jure illum amittit, sed requiritur sententia, & applicabitur fisco per tempus vitæ talis successoris: D. Molina lib. 1. dicto cap. 9. n. 23. & 25. Dom. Gregor. Lopez glossa verbo, *Sino el hijo*: in l. 2. tit. 15. partita 2.

85 Tertia conclusio, si talis Majoratus noti est institutus in tali primo successore per modum hæredis, sed legatarii seu fideicommissarii seu donatarii, ac contractus sit irrevocabilis ad nutum institutoris, revocatur ipso jure, absque alia voluntatis declaratio- ne ex causa inimicitiæ gravis, vel ingratitudinis supervenientis; & sic à fortiori si institutorem occidat: D. Molin. dict. cap. 9. n. 37. & 42. D. Gregor. Lopez verb. *Sus herederos* in l. 10. tit. 4. part. 5.

86 Intellige hanc conclusionem, quando ingratitudo vivo testatore commissa fuit: D. Molina dict. cap. 9. num. 49.

87 Quarta conclusio, si tamen talis majoratus institutus est per viam donationis irrevocabilis non revocatur ipso jure per talem ingratitudinem; ratio, Quia donatio irrevocabilis non revocatur ipso jure per ingratitudinem, nisi donans ipse revocet, quia id sit in ingratitudinis pœnam, ut docet Anton. Gabr. tom. 1. commun. opinion. lib. 14. verb. privatio fol. 170. Mexia in pragmatica Tritici concl. 6. n. 109. D. Gregor. Lopez dict. glossa verb. *Sus herederos*. Covar. licet sub dubio 4. Decret. 2. part. cap. 6. c. 8. n. 17. in fin.

88 Quinta conclusio, alii Majoratus successores præ-

ter primum semper amittunt ipso jure Majoratum in testamento, vel contractu revocabili institutum: Ratio. Quia omnes illi non habent rationem hæreditis, sed legatarii, seu fideicommissarii; at legatum, & fideicommissum, ipso jure amittuntur per ingratitudinem: D. Molin. dict. l. 1. cap. 14. n. 9. 10. & 11. D. Gregor. Lopez glossa verb. *Sino el hijo*, in l. 2. tit. 15. part. 2.


Hucusque dictum est, quando majoratus institutus est in personis, quibus non debetur legitima, ut in transversalibus, vel extraneis. Si tamen institutus sit majoratus in personis, quibus debetur legitima, ut in filiis, aut aliis descendientibus: aut Majoratus institutus ex legitima tantum; aut ex legitima & aliis bonis extra legitimam: aut tantum ex aliis bonis extra legitimam: unde ponitur.

Sexta conclusio, si majoratus sit institutus ex legitima non privatur filius, vel descendens ipso jure tali majoratu, ob quamcumque ingratitudinem, vel iniuriam; sed oportet quod à Patre, vel Ascendente, ex hæredatus fuerit, solemnitatibus à jure requisitis intervenientibus, dupli ex causa. Prima, quia talis est hæres necessarius, & jure sanguinis, & licet interficiat testatorem, non amittit ipso jure hæreditatem. Secunda, quia hic non recipit gratum à testatore, cùm jure debeat sibi legitima: sic D. Molin. lib. 1. cap. 9. à n. 15. usque ad 18.

Septima conclusio, si talis majoratus simul de legitima, & aliis bonis extra legitimam institutus sit, idem dicendum est: etiam in ea parte, quæ extra legitimam est, scilicet non revocari dupli ex ratione: Prima, quia majoratus individuus esse debet, & ejus naturæ repugnat divisio; ergo si quoad unam partem non revocatur, non revocabitur etiam quoad aliam. Secunda, quia ille censemur hæres in tota illa quantitate, licet in legitima necessarius, in aliis vero bonis voluntarius, at hæres sive necessarius, sive voluntarius, non amittit ipso jure hæreditatem: Sic D. Molin. dict. lib. 1. cap. 9. n. 19. & 20.

Octava, & ultima conclusio, si tamen majoratus institutus sit ex eo tantum quod legitimam excedit, per viam legati, vel fideicommissi, vel donationis revocabilis usque ad mortem, ut est donatio in Tertio bonorum, juxta l. 17. Taur. revocatur ipso jure per ingratitudinem Pater ratione supradicta, & sic colligitur ex doctrina D. Molinæ ubi supra, & tenet expressè D. Gregor. Lopez in l. 10. tit. 4. part. 5. verb. *Sus herederos*, ubi limitat, nisi prælegatum, vel donatio habeatur loco institutionis; videlicet quando est ita magna, ut videatur succedere loco institutionis, vel hæreditatis, quia tunc necessaria esset ex hæredatio in filio ut revocaretur.

Hactenus eruditissime P. Thom. Sanchez cuius coronide finem imposui huic Capitulo: & cùm non indigeat aliis annotationibus, cedat in exaltationem Sanctissimæ ac individuæ Trinitatis.



C A P U T III.

Utrum detur Incompatibilitas in scientia Philosophiae:

S U M M A R I U M.

1. *Philosophia est omnium artium procreatrix ac parent.*
2. *Philosophus affirmit pro regula, quod impossibile sit contraria eidem inesse.*

- 3 Contraria sub eodem genere maximè distant, & ab eodem subiecto mutuo se expellunt.
- 4 Contraria habent expugnantiam formalem, & directo mutuam.
- 5 Baldus tanquam princeps Philosophia explicat materiam incompatibilitatis, & referit ad literam, & remissive.
- 6 Incompatibilitatis natura est, ut posito uno contrariorum inducatur renunciatio, aut revocatio alterius, quia simul stare non possunt.
- 7 Conductio, & Precarium, incompatibilia sunt.
- 8 Mutuum, & Depositum sunt incompatibilia tanquam ex sua natura contraria.
- 9 Lædens, & Læsum, incompatibilia sunt.
- 10 Novatio non presumitur nisi expressè de eo agatur.
- 11 Incompatibilitas: seu contrarietas inter primam, & secundam obligationem, inducit novationem per necesse.
- Limitatur, nisi essent ambo contractus facti incontingenti, n. 12. & 13.
- 14 Novatio presumitur, quando una atque altera obligatio, seu conventio, sunt contraria, etiam si apposita fuisset reservatio cum clausula, citra præjudicium.
- 15 Novatio presumitur per dationem in solutum; vel transactionem, quamvis pristina jura essent reservata.
- 16 Novatio non presumitur per dilationem adjectam in secunda obligatione: & n. 17. & 18.
- Quod intellige, quoad debitorem principalem, non autem si fuit facta in prejudicium fidejussoris, num. 19. Et distinguitur, n. 20. & 21.
- 22 Majoratus institutio de Tertio, & Quinto, revocabilis est, per dispositionem l. 17. & 44. Tauri, nisi in tribus casibus ibidem exceptis.
- 23 Majoratus institutus de Tertio, & Quinto, cum pacto de non revocando extra casus excerptos in l. 17. & 44. Tauri, utrum nibilominus sit revocabilis, vel non.
- 24 Pactum de non revocando appositum contractui, seu actui, de sui natura, seu per dispositionem legis revocabili, utrum debeat sequi naturam irrevocabilem, cum utrumque concurrere non possit, quia sunt incompatibilia? n. 25.
- 26 Pactum de non revocando appositum contractui de sui natura revocabili, remanet irrevocabile per regulas incompatibilitatis. Et probatur n. 30. & 31.
- Quod extende etiam si sit appositum per viam additamenti, n. 27.
- 28 Institutor Majoratus potest instituere ad sui libitum revocabiliter, aut irrevocabiliter, cum pacto de non revocando, & quomodo volunt.
- 29 l. ubi ita donatur, ff. de donat. causa mortis, interpretatur & declaratur.
- 31 Pactum de non revocando electum, appositum ab eo qui habet facultatem eligendi successorem in Majoratu, utrum valeat? remissive.
- 32 l. cum precario, ff. de precario, intelligitur & declaratur cum distinctione, quæ deducitur ex ipso textu, & n. 34.
- 33 l. 17. & 44. Tauri, intelligitur cum ampliacionibus, & limitationibus, de quibus remissive & num. 36.

ARGUMENTUM.

An detur incompatibilitas in scientia Philosophiae? ubi agitur de regula, quæ resultat ex duobus contrariis, seu incompatibilibus, ad hoc ut inter incompatibilia positio unius inducat renunciationem, aut expressam revocationem alterius. Descenditur deinde ad resolutionem illius satis dubiæ quæstionis, utrum pactum, seu clausula de non revocando Majoratum, revocabile de jure, cum sit incompatibile, & contrarium dispositioni l. 17. & 44. Tauri, exceptis tribus casibus in dictis legibus relatis, faciat Majoratum irrevocabilem & de intellectu & concordia textus in l. ubi ita donatur, ff. de donat. caus. mort. & l. cum precario l. 12. ff. de precaria.

N Philosophia (quæ est omnium Artium progenitrix & parens) affirmatur pro Regula, secundum Philosophum 2. Topicorum, cap. 21. quod impossibile est contraria eidem inesse; cùm contraria sint, quæ sub eodem genere maximè distant, & ab eodem subiecto, mutuo se expellant, juxta ipsummet Aristotelem lib. 10. Metaphysicorum cap. 6.

Quia tunc habent expugnantiam formalem, & mutuam directò, ita ut effectus formalis unius repugnet formæ alterius

Unde ex nostris etiam Baldus, alias princeps Philosophiae, dixit: Quod omnia incompatibilia sunt contraria, in l. 3. n. 7. vers. nam omnia incompatibilia, C. de interdictis. At vero ipse Baldus in l. pacta novissima, num. 2. C. de pactis, clarius explicat naturam Incompatibilitatis, his verbis: Præmitte ad evidentiam: quod quædam sunt pacta contraria, ut pactum de non petendo, & pactum de petendo: in istis, ultimo pacto standum est, & non primo: ut hic advertatis quod ista non sunt propriè contraria: nam illa sunt propriè contraria, quando si unum est verum, alterum est falsum: sed si ita ista sunt ambo vera, propriè non est contrarietas, sed est quædam incompatibilitas: non quoad originem, sed quoad effectum.

Tractat ergo lex nostra materiam de pactis incompatibilibus; quædam sunt pacta separata, & tunc omnia pacta sunt servanda, ut infra eodem titulo, l. bonæ fidei: quædam sunt pacta similia, verbi gratia vendidi tibi rem pro decem, antequam tradidem vendidi pro quinque, quia prima venditio fuerat nimis cara, vel vendidi pro quindecim, quia prima venditio fuerat nimis vilis, & ista appellantur pacta similia, quia uterque Contractus est ejusdem speciei secundum Petrum. Sed ego dico, quod impropriè dicuntur similia, cum sint incompatibilia, vel simpliciter, vel secundum quid, ut infra declarabo, nam secundum Aristotelem omnia, incompatibilia, sunt quodammodo contraria, non similia, &c. Cætera videnda sunt in numeris sequentibus. Et idem Bald. in l. fin. C. de edito D. Adriani tollend. n. 43. vers. Et omne incompatibile est quodammodo contrarium, ut infra, C. qui accusare non possunt, l. 1. & infra, C. de contrahenda & committend. stipulat. l. optimam in fine.

Unde fluit Regula ad nostrum institutum valde utilis, nempe quod inter incompatibilia, positio unius inducit renunciationem alterius: nam positio unius contrariorum, sequitur alterius destructionem, cùm simul esse non possint, l. hæc verba 124. ibi: Disjunctivum

ctivum est, veluti eum dicimus, aut dies, aut nox est, quorum posito altero, necesse est tolli alterum: item sublato altero poni alterum, ff. de reg. jur. l. inter stipulantem, § 3. §. Sacram. ibi: Quoniam una atque eadem causa, & liberandi & obligandi esset, quod aut dari non possit, aut dari possit, ff. de verbis. oblig. l. Murtius 30. ff. pro socio, l. Pomponius 40. §. Sed & is, in fin. ff. de procuratoribus l. si inter me & te 19. ibi: Quia eo ipso quod meam esse pronuntiatum est, ex diverso pronuntiatum videtur tuam non esse, ff. de except. rei judicat. l. ubi ita donatur 27. ff. de donationibus causa mort. l. si quis ante 10. ff. de acquirenda possit. ubi Ulpianus ait: Si quis ante conductus, postea precario rogavit, videtur decessisse à conductione: quod si antea rogavit, postea conductus, conductus videtur. Potius enim hoc procedere videtur quod novissimè factum est, d. l. pacta novissima, C. de pactis l. certi conditio 9. §. fin. & l. quod si ab initio, ff. de rebus creditis, si certum petatur. Ubi non compatiuntur Mutuum & Depositum: quoniam sunt ex natura sua contraria, (de cuius textus intelligentia vide D. Joannem Baptistam de la Rea tom. 1. disp. 14. à num. 55. in fine cum n. 56. & seqq.) l. unic, C. si servus extero se emi mandaverit l. i. C. de furtis. Glos. verbo, si institutoria recte, vers. Et nota ex hoc § quod quando sunt duo contraria, ad positionem unius sequitur destructio alterius, in l. sed et si pupillus 11. §. si institutoria, ff. de institutoria actione, §. neque autem homicidiis Auth. de mandatis principum, collat. 3. ibi: Et non erit possibile utrumque tueri cautela sacrorum locorum & laudentem & læsum, ubi etiam Glossa verb. Læsum, reddit rationem: Nam ubi est unum de contrariis, per consequens tollitur alterum.

10 Hinc deducitur, quod licet Novatio non presumatur, nisi expressè de ea agatur, quia quæcumque stipulatio seu obligatio, quæ additur sive interponitur ad primam, judicatur cumulativa, & non extinctiva primæ obligationis respectu principalis, nec priorum fidejussionum, aut pignorum, quibus non fuerit expressè renuntiarum, ex l. fin. C. de novationibus l. 2. & 15. tit. 14. partit. 5.

11 Attamen stante incompatibilitate, seu contrarietate inter primam & secundam obligationem, innovatur prima, ac si expressè de ea novanda atque revocanda in secunda ageretur; quia idem est agere expressè de novatione, ac tacite, propter incompatibilitatem quæ tanquam si esset expressa concludit per necessitatem Bald. in dict. l. fin. C. de novationibus n. 1. vers. & quando forte primi, & secundi contractus se non compatiuntur, &c. Et in l. pacta novissima, n. 2. C. de pactis, idem Bard. consil. 18. n. 4. verb. quandoque inducunt novationem ope exceptionis propter incompatibilitatem, &c. & in vol. 2. consil. 128. ubi propter incompatibilitatem inter mutuum & depositum probat, quod facta fuit novatio inter primos contrahentes ex causa mutui, & postea ex causa depositi: Decius in dicta l. pacta novissima, n. 1. & in consil. 400. n. 9. vers. Quarto respondetur, ibi: Quia quando contractus se non compatiuntur, etiam hodie videtur facta novatio. Et consil. 463. n. 5. & 6. & consil. 464. n. 4. maximè ex vers. Ex quo dicta forma non compatitur cum dicta cessione, &c. & n. 5. & consil. 564. n. 15. Alex. consil. 193. à n. 1. usque ad n. 5. lib. 6. Ant Gabriel. lib. 3. de novationibus conclusione unica, à n. 60. vers. Quarto limita quando non se compatiuntur ad invicem, &c. usque ad n. 64. Cagnolus, in l. singularia n. 10. ff. si certum petatur. Craveta consil. 167. n. 9. Beroius consil. 205. n. 13. vol. 3. Cephalus consil. 454. à n. 16. vers. licet enim id non fuerit expressum. & sic non videtur novatio, l. fin. C. de novationibus. Tamen ubi due dispositiones sit invicem non compatiun-

tur prima sublata statur posteriori, &c. Gutierrez de jure rament. confirmat. part. 1. cap. 63. n. 9. vers. fin. Mascard. de probat. concl. 1111. n. 23. ubi dicit: Quod tune novatio inest ex necessitate: Menoch. lib. 3. presumpt. 134. à n. 39. vers. Secunda conjectura novationis, quando secundus contractus sit incompatibilis cum primo, hoc in casu per secundum contractum dicitur recessum à primo, &c. usque ad n. 44. & consil. 381. à num. 32. l. 4. Gabriele. consil. 81. n. 3. lib. 1. Tiberius Decian. consil. 218. n. 69. lib. 1. Bertazola consil. 106. n. 25. Bolanos in Curia Philippica tom. 2. lib. 1. cap. 5. de novatione n. 18. ubi dicit: Quando los contratos son incompatibles, como es sin poder concurrir ambos en uno, por el segundo se deroga el primero, quedando se libre del, haciendo en intervalo de tiempo, magno si se hace incontinenti segun el texto de la ley, pacta novissima, C. de pactis. Mantica de tacit. & ambiguis conventionib. lib. 17. à n. 13. tit. 3. Petrus Surd. consil. 145. n. 24. & 25. Seraphin. decis. 1063. n. 2. Paul. Bellon. de potestate eorum que sunt incontinenti, & lib. 1. cap. 160. n. 4. Steph. Gratian. tom. 2. cap. 290. à n. 17. vers. Si enim essent incompatibilis, &c. & in n. 20. ita dicit: Unde faciendo conventiones contrarias primis, constat quod ipsa parte voluerunt ab ipsis recedere; quasi contraria non possint simul stare: l. ubi repugnantia, de reg. jur. Riminal. jun. consil. 306. n. 17. & 18. lib. 3. ibi: Per incompatibilitatem enim sit novatio sine aliqua expressione, &c. Et in n. 23. ex Antonio Gabriel consil. 170. n. 5. lib. 2. dicit: Quod haec adeo vera sunt, ut procedant non solum quando secundus contractus non est compatibilis cum primo in totum, sed etiam si fuerit in parte; cum etiam intelligatur recessum à primo in illa parte in qua se non compatiuntur: nam ultima derogant primis, quando invicem pugnant, & concordari non possunt.

12 Et in num. 29. & 30. extendit, etiamsi apposita fuisset reservatio cum clausula *citra prejudicium*; vel jura juribus adendo; quia ista reservatio operabitur quando non induceretur contrarietas: existente enim contrarietate, esset recessum à primo contractu, non obstante dicta reservatione, & intelligetur, solum quoad hypothecam existentem in bonis reservatis, vel propter evictionem, quæ posset contingere, si quis haberet jura in eisdem bonis ante secundum instrumentum, vel ob fidejussiones, vel ob quid simile; ex Bart. in l. si quis aliam 46. in princ. ff. de solut.

13 Unde infert, quod si quis dederit aliquid in solutum, vel transegerit, erit facta novatio, neque licebit amplius ad primævam actionem redire, quamvis pristina jura sibi reservasset; non enim intelligentur omnia jura reservata, sed solum ea, in quibus non cadit contrarietas. Etsi se offert quæstio, in puncto vide Gozadin. consil. 38. & novissimè Capycium Galeotam lib. 1. controversial. jur. controver. 32. n. 17. 18. & 19. & in num. 31. 32. & 33. Stephan. Gratian per hanc regulam in materia incompatibilitatis resolvit illam quæstionem quotidie contingibilem, ac practicabilem, quam excitat Glos. verb. voluerit, vers. quid erit si in futuro Maii decem mihi promisisti, &c. in l. Varianus, alias penult. ff. de prætoriis stipulation. Videlicet, Quando in secundo contractu, vel scriptura obligationis opponitur longior dilatio, quam in prima; in hoc enim casu propter prorogationem temporis, & longiore dilationem adjectam in secunda obligatione, tenet Glos. quam sequitur ibid. Bart. in questione penultima, & Alex. in l. qui usumfructum notab. 2. ff. de verborum obligatione, quod sit novatio ope exceptionis.

14 At vero contrarium, quod in isto casu non sit inducta novatio, etiam ope exceptionis, defendit Jason.

in l. 1. à n. 18. usque ad 21. C. de judiciis, & in l. cum qui, §. si hominem, ff. de verborum obligationibus. Anton Gabriel lib. 3. de novationibus, concl. 1. n. 66.

19 Quia per adjectionem, vel detractionem temporis, non inducitur novatio, dict. l. fin. C. de novat. cum tempus non sit modus tollendæ, nequæ inducendæ obligationis, leg. obligationum. 44. §. placet, ff. de act. & obligat. §. at si ita, Institut. de verborum oblig. Matthias Colerus de processu executive, part. 1. cap. 10. n. 341. Stephan. Gratian. tom. 5. cap. 852. n. 23. Alvarez Velasco in locis communibus jur. lit. T. n. 34 unde protogatio termini facta principali non liberat fidejussorem, Glos. verbo, neque fidejussori, in l. si cum unus. 27. §. si cum reo, ff. de pactis. Glos. fin. in l. si cum Hermes 7. C. de locato & conducto l. fin. C. de usuris rei judicatae. Angel. in dict. leg. si cum unus, §. si cum reo. Bald. & Salicet. in dict. l. si cum Hermes. Alex. cons. 72. à n. 2. lib. 6. Ant. Gabriel lib. 3. de fidejussorib. conclus. 3. n. 1. Ant. Gom. de contractib. cap. 13. n. 19. probat concludenter Matthias Colerus de processu executive, part. 1. dict. cap. 10. à n. 342. Ant. Thesaur. decisi. 125. Heringius de fidejussoribus, cap. 20. §. 12. à n. 4. usque ad n. 17.

Nisi in his quæ eveniunt tempore prorogato principali, quia tunc fidejussores non tenerentur, veluti ad pensionem, vel usura temporis prorogati, & in aliis quinque casibus, seu limitationibus, quas refert Ant. Gabriel lib. 3. de fidejussorib. dict. concl. 3. à n. 10. usque ad fin. Et Heringius de fidejussoribus, d. cap. 10. §. 12. à num. 19.

20 Quæ quidem controversia componitur per hanc nostram regulam incompatibilitatis: ita ut in quantum prima obligatio continet unum tempus, altera verò aliud & longius, sit locus exceptioni, quæ obstat agenti ex prima obligatione ante diem, vel tempus prorogatum in secunda; quia in eo sunt contrariæ, & non possunt compati: sed in omnibus aliis, in quibus compatiuntur, neque in vim negationis, neque ope exceptionis alterantur, & adveniente tempore, erit in electione actoris agere ex obligatione, qua voluerit: Et idem erit quando prima esset pura, secunda conditionalis: & ad hoc, Gratian. allegat, Imolam, Paul. de Castr. Alex. Ant. Gabr. Mant. Surd atque Mascard. concl. 1107. n. 13.

21 Et quod incompatibiliias taliter inducat novationem, quod non ex primo actu tanquam reformato, sed ex ultimo tanquam renovato agi. debeat, tenet etiam Gratian. tom. 3. cap. 509. n. 23. & 24. & cap. 553. num. 34. & tom. 4. cap. 78. à n. 17. vers. Tunc enim stante ista incompatibilitate videtur recessum à priori acta per secundum, etiam sine aliqua expressione, &c. & in tom. 5. cap. 864. num. 8. & cap. 874. n. 26. & 17. & cap. 962. à n. 54. Capicus Galeot. controversial. lib. 1. controversial. à n. 17. Per eandem rationem idem procedit in legibus, statutis, sententiis, pactis, transactiōnibus, & quibuscumque contractibus; quia posteriora prioribus derogant, quando sunt incompatibilia, quæ ad invicem pugnant, & concordari non possunt; l. pacta novissima, C. de pactis. ubi Dec. Gutier. de juramento confirmatorio, part. 1. cap. 63. n. 9. vers. fin. Gratian tom. 2. d. cap. 290. n. 24.

22 Per hanc tandem regulam, leges, & doctrinas in materia incompatibilitatis, securè deciditur illa dubia quæstio, excitata super legem 17. & 44. Taur. hodie l. 1. tit. 6. & 1. 4. tit. 7. lib. 5. Recopilation & à regnicolis inculcata, cum sit sàpè sàpiùs contingibilis; nam supposita reservatione, quæ per dispositionem dict. l. 17. & 44. Taur. conceditur ad revocandam meliorationem Tertii & Quinti, vel majoratus fundationem etiam factam virtute facultatis, inquire,

solet, utrum censeatur renuntiatum tali reservationi, & facultati revocandi, quando in melioratione vel majoratus fundatione fuit pactum appositum, vel clausula de non revocando? Et licet videatur dicendum, quod nihilominus debuisse censeri revocabiliis, nam dicta l. 17. per modum regulæ generalis ita dicit: quando el padre, ó la madre mejorar a alguno de sus hijos ó descendentes legitimos en el tercio de sus bienes en testamento, ó en otra postrimera voluntad, ó por otro algun contrato entre vivos, ora el hijo este en poder del padre, que hijo la dicha mejora ó no, hasta la hora de sa muerte la pueda revocar quando quisiere, & dict. l. 44. ibi: El que hiziere algun mayorazgo, aunque sea con autoridad nuestra, o de los Reyes que de nos vinieren, ora por via de contrato, ora en qualquiera ultima voluntad despues del fecho pueda la revocar à sus voluntad. Quam regulam tanquam generali firmant tres casus ab ipsismet legibus exceptuati. Primus, quando possessio rerum fuit data. Secundus, quando instrumentum meliorationis, seu majoratus fundationis coram Notatio fuit traditum: Tertius, si melioratio vel donatio per viam majoratus, fuisset facta, & causa onerosa matrimonii, vel cum tertio; & nullus eorum est praedictus casus, quando fuit appositum pactum de non revocando, tunc enim cum opponatur actui de sui natura revocabilis, videtur, quod tale pactum seu clausula de non revocando debet sequinaturam illius actus, cui adheret Quibus & aliis rationibus, & per textum in l. cum precario, 12 ff. de precario, ubi vitiatur pactum, & rejicitur, quando est contra substantiam contractus, defendant, ex tali clausula, vel pacto de non revocando non effici irrevocabilem, fundationem Majoratus, Granatensis, Pelaez de Mieres de Majoratib. part. 1. q. 30. à num. 6. Cordubensis Angulo de melioration in dict. l. 1. glos. 8. à n. 4. Lusitanus Petrus Barbos. in l. que dotis 34. à num. 15. vers. amplia tertia, decisionem delicta legis, ubi ita donatur, ff. de donationibus causa mortis: Etiam procedere in Majoratu constituto cum pacto de non revocando, &c. ubi ita format hanc nostram questionem: Quod ut facilius percipias; sciendum est, secundum leges regni Castellæ majoratum etiam constitutum per modum contractus, & cum licentia Principis, revocabilem esse, præterquam in duobus casibus, quando scilicet Majoratus traditio facta est, vel ille constituitur ex causa onoresa, ut disponitur per legem Tauri 44. quia hodie est l. 4. tit. 7. lib. 5. ordinam pone igitur, Majoratum simpliciter fuisse ordinatum cum pacto de non revocando, utrum per illud pactum efficiatur irrevocabilis;

Attamen, quod ex tali pacto, sive clausula de non revocando fiat majoratus irrevocabilis, docet equidem atque concludenter nostra regula Incompatibilitatis; nam cum simul esse non possint pactum de non revocando, & quod sit Majoratus revocabilis, ad positionem unius contrariorum sequitur alterius destructio; & quod tale pactum, aut clausula de non revocando operatur expressam renuntiationem legis ac præcisam revocationem reservationis in ejus favorem introductæ per eandem legem, prout in dicta l. fin. C. de donationibus, ubi, licet decimum exter pro regula, quod non præsumatur novatio, & pro exceptione quæ firmat regulam in contrarium, nisi expressè de ea agatur; nihilominus si detur incompatibilitas, seu contrarietas, taliter novatio inducitur, ac expressissimè de ea ageretur, secundum jura & doctrinas ab omnibus communiter receptas, in hoc cap. allegatas à num. 1.

Quod procedere non dubites, etiamsi opponatur per viam additamenti, ut deducitur satis concludenter

ter ex August Barbos. axiom. 13. verb. additamentum, num fin. ubi rationem reddit, ita dicens: *Nisi additamentum repugnet substantiae rei, cui adjicitur, quia hoc potius destruit, ut de pacto de non revocando in donatione causa mortis, de conventione in pratoria stipulatione, & similibus qua inducunt novum dispositionem, & novam substantiam, quia sibi non communicant, neque invicem compatiuntur.* Oldrad. cons. 172. in princ. n. 5. quem refert Cardinalis Tuscus tom. 1. litera A. dict. concl. 182. n. 13.

28. Unde recognoscitur ratio decidendi ad textum in l. ubi ita donatur 27 ff. de donat. caus. mort. ubi ex eo quod in donatione causa mortis fuit appositorum pactum, seu clausula de non revocando, facta fuit irrevocabilis, & per necessariam consequentiam transivit in donationem inter vivos; nam cum donatio causa mortis sit incompatibilis cum tali pacto, vel clausula, ut nullo casu revocetur; quia donatio causa mortis revocabilis est usque ad extremum vitæ existum. l. 1. & 2. l. mortis causa 16. l. illud 37. ff. de donationibus causa mortis, & talis clausula de non revocando operetur irrevocabilitatem, sequitur, quod tanquam repugnantes simul stare non possint, & quod ad positionem unius sequatur alterius destruetio; ac proinde quod ex irrevocabilitate, quam vult donator, invocatur renuntiatio facultatis revocandi, qua sublata, donatio pura remaneat inter vivos, maximè, quia in casu dict. l. ubi ita donatur; verba donationis factæ mortis causa se compatiuntur cum donatione inter vivos, & necessariò non impugnant eam; nam potest intelligi, quod propter causam mortis moveretur ad donandum inter vivos: Bart. in dict. l. ubi ita donatur, in princip. vers. sed ista verba; & cum à voluntate donantis dependeat facere donationem irrevocabilem inter vivos, & donationem revocabilem causa mortis, etiamsi apponatur verbum, *Causa mortis*; clausula, vel pactum de non revocando excludit dubium, atque tanquam expresse, imò necessariò declarat speciem donationis inter vivos, quippe illud pactum incompatibile est cum donatione causa mortis.

29. Ita eodem modo dicendum est in proposita quæstione; nam cùm à voluntate fundatoris dependeat, utrum velit facere Majoratum revocabilem, aut irrevocabilem, si in Majoratus fundatione apponatur pactum de non revocando, cum sit incompatibile cum Majoratu revocabili, sequitur per necesse quod talis clausula, seu pactum de non revocando excludit omnem dubitationem, & tanquam expresse imò præcise declaratum extet, quod voluit facere speciem Majoratu irrevocabilis, ideoque ex decisione d. l. ubi ita donatur, & ejus ratione decidendi, nervosè defendant, quod ex talis pacto, seu clausula de non revocando, erit especies Majoratus irrevocabilis. Tellus Fernand. in l. 17. Tarr. n. 99. Peralta in l. cum Pater, 5. à filia n. 32. ff. de legat. 2. Dom. Molin. de primog. lib. 4. cap. 2. à n. 40. usque ad n. 53. Joan. Gutierrez lib. 2. pract. q. 77. Burg. de Paz, cons. 26. n. 4. & 21. Pater Molin de just. & jure, tom. 3. tract. 2. disp. 587. n. 2. Caldas Pereira. de potestat. eligendi, & nominat. revocat. cap. 2. à num. 24. cum seqq. Fontanel. de pæt. nuptialibus, claus. 4. part. 2. gl. 21. a. n. 66. Morquech. de divisione honorum, lib. 2. cap. 6. à n. 52. D. Joannes del Castill. lib. 5. cap. 109. num. 19. & magis ex professo, ubi videndus est, in cap. 80. ad fin. in additione: & in cap. 119. num. 34. & 35. Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 9. de fideicommissorum derogat. n. 424. & Additionatores ad D. Molin. dict. lib. 4. cap. 2. super num. 40. usque ad 54. ubi referentes quæstionem nostram in casu fundationis virtute Regiæ faculta-

tis, idem resolvunt per regulam nostram, ibi: *His superaddendum censemus, quod pactum de non revocando, idem operatur, quod renuntiatio expressa facultatis quoad effectum non revocandi Joannes Gutier. l. 2. pract. quest. 77. in fine, vers. ad vero præcedens alias repugnantiam contineret: nam cum sit quid in incompatibile, Majoratum revocari posse virtute Regiæ facultatis, & non posse ratione pacti de non revocando; succedit regula quod inter incompatibilia, positio unius inducit renuntiationem alterius: l. hoc verba, ff. de verb. significat. l. si cui legatum, ff. de condit. & demonst. cum aliis relatis à Baldesio in audition. ad Roderic. Chiar. ampliar. 10. m. 48. in fin.*

Et an idem in electione, seu nominatione ad Majoratum facta cum promissione de non revocando vivendus est Caldas Pereira de potest. eligend. & nominat. revoc. 3. part. cap. 2. num. 24. D. Præses atque Episcopus Salmanticensis Valenzuela Velasquez consil. 63. ex n. 34. D. Castill. lib. 5. cap. 80. n. 6. & 36.

Quapropter recedendum non est in judicando & consulendo ab hac sententia, quæ ut verior quotidie in jure practiatur in omni foro & Senatu; quidquid in contrarium contendat Mieres, Angulo, & Barbos, quia sua fundamenta ex sola nostra regula evanescent.

Et non obstat text. in d. l. cum precario 12. ff. de precario. Quia ibi pactum cum clausula, ut in Kalendas Julias precario possideat, cum quo fuit concessum precarium, non erat incompatibile cum precario, cum recipiat interpretationem compatibilem cum eo, quod est revocabile ad libitum concedentis; nam ibi tempus non fuit appositorum ad hoc, ut esset irrevocabile usque ad Kalendas Julias, sed gratias finiendi precarij in prædict. Kalend. ad hoc ut tunc temporis res concessa vacua relinquatur; & nihilominus ille, qui concessit, liberè potuisset quandcumque revocare precarium; alter enim ad hoc ut pactum esset incompatibile, ac necessario repugnans, continere debuerat, quod non posset revocari usque ad Kalendas Julias. Quæ interpretatio ac verus intellectus deducitur ex mente Glossæ, vers. conventionis, in d. l. cum precario. ibi: *Aliud est ad certum tempus, ut hic: aliud convenire de non revorando ad certum tempus, ut ibi: id est, in l. commodato §. sicut. ff. commodat. & licet Glos. non alleget, eam sequitur Raphaël Cuman. in d. l. ubi ita donatur, n. 3. dum dicit: Respondeo, quod ibi fuit concessum precarium usque ad certum tempus & quæritur nunquid antea possit tevocabi; certè sic: licet videretur facta concessio usque ad illud tempus: nam illud tempus fuit gratia finiendi, non autem ad faciendum illud irrevocabile.*

Quam solutionem non minusclare explicat D. Antonius Pichard. in princip. Inst. de donat à n. 6. usque ad n. 12. ubi ita concordat. dict. l. ubi ita donatur, cum dict. l. cum precario. Quamvis non alleget nec Glosam, nec Cumanum, ita dicit n. 10. Tamen in d. l. cum precario, incertum erat quod contrahentes sensissent illis verbis, ut in Kalendas Julias precario possideat, qui rem accepit, dicebat ea verba significare ante Kalendas Julias jus non esse Domino revocandi precarium: qui concessit asserebat; verbis non mutari substantiam contractus: sed adjecta fuisse, ut significarent, post Kalendas Julias non amplius futurum esse jus possidendi, ei qui accepit, idque Consultus admisit, quia convenit naturæ illius contractus; quod planè ostendit, ibit: Nulla vis est hujus conventionis, ut rem alienam Domino invito possidere liceat: quam interpretationem insinuat illæ verba, in Kalendas Julias: fiebant enim olim Romæ domorum migrationes Kalendis Juliis, si credendum est

36 Roxas de Incompatibilit. in Scientiis.

Et Antonio August, qui ex variis observat, lib. 4. emendat. cap. 16. unde qui sex anni mensibus ad kalendas Julias domum habitandam concedit, non videtur velle, ut usque ad illud tempus possideat, qui rogavit, etiam eo invito; sed ea verba adjecisse creditur, ut qui accepit intelligat, post id tempus sibi non amplius futurum esse jus possidendi, sed vacuas ædes relinquere debere futuro inquilino. Hæc Pi-chardus.

55 Atque ita absque ullo impedimento procedit resolutio propositæ nostræ quæstionis.

Quando autem Majoratus revocari possint vel non? ad intelligentiam l. 17. & 44. Tauri cum multis ampliationibus & limitationibus, videoas Balthasarem Thomasium tract. 9. de majoratib. tit. 16. quibus casibus revocatio excludatur, vel procedat? c. 4. per totum. Cum hoc itaque imponitur finis huic quæstionis ad laudem Dei optimi Maximi.



C A P U T I V .

An detur Incompatibilitas in scientia Legali, seu Jurisprudentia-

S U M M A R I U M ,

- 2 Jurisprudentia est scientia, & vera Philosophia, & inter alias scientias connumeratur, & n. 2.
- 3 Incompatibilitatis materia invenitur maxime in Jurisprudentia, quod quamplurimæ probant leges, & referuntur aliqua, & n. 4.
- 5 Filius major nativitate, attamen posterior in legitimitate, & filius prior in legitimitate, attamen posterior nativitate, si concurrant ad successionem Majoratus, quis eorum preferri debeat?
- 6 Primogeniti vox, est nomen juris denotans exclusionem naturalium, & n. 7.
- 8 Jus quæsumum tempore habili, non debet tolli per jus alteri supervenientis.
- 9 Filius prior legitimus, licet posterior natu, præoccupat lineam primogeniturae, & jus illud sibi querit in spe invariabile.
- 10 Vocati in solidum sub duabus qualitatibus, vel conditionibus, licet aliquis prius unam obtineat, ei prefertur alius, qui postea ambas obtineat.
- 11 Retrotractio non procedit in prejudicium Tertii, cui intermedio tempore jus fuisset quæsumum.
- 12 Pater filii, qui prior fuit in legitimatione, licet posterior in nativitate, remaneret decepta, & defraudata, & ejus proles, si in successione Majoratus prefertur alter posterior in legitimatione, licet prior in nativitate.
- 13 Retroractionis fictio translativa non debet prævalere veritati.
- 14 Veritas prævalet fictioni.
- 15 Retrotractio non habet locum, licet extrema sint habilia, si medium sit corruptum, cum non possint conjungi.
- Redditur ratio, & demonstratur exemplo, n. 16.
- 17 Filius prior in legitimatione, licet posterior in nativitate, quod preferri debeat alteri priori in nativitate, posteriori in legitimatione, tenent, & defendant quamplurimi Doctores.
- 18 Legitimatus per subsequens matrimonium, nisi de contraria voluntate institutoris expressè constet, est c. pax ad succedendum in Majoratu tanquam ceteri filii legitimi, & naturales.

- 19 Vocatio de primogenito, seu de filio majore, convenit legitimato per subsequens matrimonium, tempore, quo successio defertur.
- 20 Vocatio de primogenito, si in ea dicatur quod succedit legitimus & naturalis, & de legitimo matrimonio natus, non convenit ex voluntate institutoris legitimato per subsequens matrimonium, maximè in prejudicium substitutorum.
- 21 Legitimatus per subsequens matrimonium est verè, & realiter legitimus, & non per fictionem.
- 22 Legitimatus per subsequens matrimonium, non solum est verè legitimus, sed etiam aquè capax ad succedendum tanquam ceteri filii ab initio legitimi.
- 23 Majoratus institutor presumitur voluisse, se conformare cum dispositione, cap. tanta est vis, & num. 24.
- 25 Tempus delatae successionis debet attendi ad hoc, ut tunc in successore sint qualitates, quas habere debet ad succedendum.
- 26 Hereditas, vel legatum pertinet ad eum, in quo impleta invenitur conditio tempore delatae successionis.
- 27 Proximitas, vel alia qualitas ad succedendum in Majoratu, attenditur tempore mortis ultimi possessoris.
- 28 Majoritatis qualitas debet attendi tempore delatae successionis, & n. 29.
- 30 Primogeniture qualitas ad succedendum in Majoratu eodem modo requiritur, quod proximitas gradus in successionibus hereditariis, & num. 31.
- 32 Una eademque res non debet diverso jure censi.
- 33 Legitimatus remanet filius per subsequens matrimonium, etiamsi pater, intermedio tempore, cum alia contraxerit nuptias.
- 34 Lex, in substitutione, in 2. responso, ff. de vulg. & pupill. & ejus casus refertur in favorem legitimati.
- 35 Lex 1. C. de Consulibus, lib. 12. refertur ad intentum pro filio legitimato contra legitimum, & naturalem postea natum.
- 39 Legitimatus per subsequens matrimonium est legitimus quoad omnes effectus, & maximè quoad succedendum in bonis patris.
- 37 Legitimatus partim quoad succedendum in bonis paternis, partim non quoad succedendum in Majoratibus; & quod diverso jure censeatur una, eademque res, est quid incompatibile.
- 38 Legitimatus esse in dupli statu, uno eodemque tempore, non compatitur de jure nostro, & n. 39. & 42.
- 40 Servum esse partim, & partim liberum, incompatibile est.
- 41 Effectus contrarios una eademque res non potest habere.
- Nec una, eademque res diverso jure censi, numero 42.
- 43 Contraria veluti legitimatum esse & illigitatum esse, possunt dari respectu diversi temporis, & num. 44.
- Contra in casu speciali legitimati, n. 45.
- 45 Legitimatum esse, & legitimatum non esse respectu diversi temporis, non potest dari in legitimato contra voluntatem juris, & hominis, qui volunt, quod non solum ex nunc, sed ex tunc temporis sit legitimus.
- 46 Una, eademque res non debet diverso jure censi, ex dispositione legis, vel hominis, nisi expresse contrarium disponat.